Tertio p̄gressum execrabilē. ibi. ascendit semper

Quantū ad primū. §. I.

ita est detestabilis superbia prout dicitur Eccle. x. Odibilis coram deo superbia est ⁊ hominib⁹. Supbia enim deo aduersatur ⁊ p̄rimo ac p̄po subiecto. Aduersatur q̄ppe deo quasi volens abeo auferre quod suum ē. Dicit. n. dñs Apoc. primo. Ego sum alpha ⁊ O p̄ncipiuz ⁊ finis scilicet oīs creature. Sz superbus cum estimet bona sua q̄ hz a se habē ⁊ eē p̄ncipium eorum: ⁊ ad hūc finem faciat opa sua vt honoretur ⁊ magnificetur sic facit se p̄ncipium ⁊ finem qō dei est: vnde dicit Boetius q⁹ cetera vitia fugiunt deum. sed superbia resistit deo: per luxuriam enim homo adcreaturā p̄uertitur querēs inordinatā delectationez

p supbiā ē mad detestabile.

per auaritiã ad pecuniã: ⁊ sic de alijs: sed ꝓ supb' am ꝺicit deo quasi volẽs oñium eius. Sꝫ si vi ris inq̃t Seneca murẽ velle oñari alijs moribus: nũquit risum teneas? ⁊ iõ spãlũ dicitur de supbia Jac. iiij. Deus supbis resistit: ⁊ merito: nã nõ solũ inpbus vlt se deo equari: sꝫ supior eẽ. Unde de superbo Antechristo dic̃ aplus. ij. ad Thessal. ij. Extollit ⁊ aduersat sup oẽ qõ dicit deus aut qõ colitur: vbi Ber. horret humanꝰ itellectus verbũ: vtinam horreat sil cogitatũ malignũ pit ⁊ affectum dico. n. vobis q nõ ille tñ: sꝫ ẽt ois supbus extollitur supra deũ. Ult. n. deus fieri voluntatẽ suã vlt et supbus fieri suã. Jã videt eq̃litas. Sed vi male ꝓgruã ꝓportionẽ. Deus. n. in his q̃ rõne approbat vult fieri volũtatem suã: superbꝰ vero cũ rõe ⁊ ꝓtra rõem. Supbia deũ ipugnat semp i oi tpe: in oi loco ⁊ in oi psõa. Multa peccata sũt q̃ cauẽt i solẽnitatib': sꝫ superbia tũc magis exẽcetur in põposis vestib' ⁊ ornatibus: vñ hoies supbiunt i ꝓuuijs: i sermonib' ⁊ huiusmõi. Peccata carnis gule ⁊ fraudulẽtie ⁊ hi'. raro ꝓmittũt i locis sacris. Sꝫ supbia ibi pmaxime. Multe ẽt sũt psone q̃ ꝺedignãtur fornicari: fraudare: mẽdacia dicere: q̃ tñ nõ sibi cauent a supbia. Supbia etiã bonis opibus insidiat vt peant: ait Aug. Quinimo nulla cõtumelia seu offensio fit deo vbi non sit aliquo mõ supbia: ꝓpterea dicit Ecc. x. Initiũ ois peccati supbia ex eo vꝫ: q ꝓmum peccatũ qõ fuit luciferi fuit supbia. Sꝫ ut dicit Judith. ix. Supbi nõ tibi oñe placuerũt a ꝓncipio. Uel dicitur initiũ ois peccati: q supbia ꝓmoꝝ pentũ est cã in nobis originaľ peccati: vñ i nobis ẽ iclinatio i oẽ pctñ: vel q in oi pctõ ẽ aliq̃ mõ supbia dum quis se rebellat mãdatis dei. Uñ aduẽtus xpi in carne fuit: ⁊ ad iudiciũ ꝓtra supbiam erit. Sed ꝑmus ad medendũ: sc̃ous ad puniẽdũ eam: vnde Aug. ꝓpter magnũ pctñ supbie veꝰ humil vẽit. Iste igens morbus aiarũ oipotẽtem medicũ ꝺ celo deduxit: vsq ad formam fui hũiliauit ꝓtumelijs: eũ ligno suspẽdit ut salute tãte medicine curetur hic timor. Sc̃ous aduẽtus erit ꝓtra supbiam puniẽdam. Uñ Isa. ij. Dies oñi exercituũ super oẽm supbum ⁊ excelsum ⁊ arrogãtez ⁊ hũliabit Est ẽt supbia ꝓtimo iniuriosa. Supbus. n. ꝓtimum corde ꝓtẽnit: verbis ꝓtumeliat: factis molestat. Corde. n. ꝓtẽnit. sm illud Ecc. xiij. Sic abhominatio ẽ superbo hũilitas: sic execrabilis ẽ diuiti paup. Et nõ solũ hũiles: sꝫ ⁊ superbos supbꝰ cõtẽnit ⁊ eis ꝓriat. Nõ. n. in eo verificatur illõ. Oẽ aial diligit sibi sile ⁊ iclinat ad illud. Et rõ ẽ quia supbus appetit sup alios ꝑesse vl reputari ⁊ honorari: ⁊ iõ cum ista cõia eẽ nõ possint: cũ videt alium supbũ ista q̃reret tanq̃ ipedietẽ suum conseq̃ desideriũ eũ detestat. Uerbis ẽt supbis molestat ꝓtimũ multiplr: ⁊ se iactãdo ⁊ cum eo litigãdo: ⁊ cõtumelias inferẽdo. Unde Amos. vi. Nũ quid i fortitudine nostra assũpsim' nobis coꝝnua s. faciendo magnifica opa ⁊ apparẽtia. ⁊ Ecc. xi. Sic eructãt ꝓcordia fetẽtiũ: ita ⁊ cor superboꝝ ad litterã: stomachus vẽtositate iflatꝰ eructat qõ abhoiabile ẽ: audiẽtib'. Sic superbꝰ verba ventosa ⁊ displicibilia ꝓfert. Et illud ꝓuer. xi. Ubi fuerit superbia ibi ⁊ ꝓtumelia. Factis ẽt molestat eũ affligendo ⁊ bonis spoliãdo sm illud ꝓuer. xxij. Arma ⁊ gladij in via superbi: custos ãt aie sue lõge recedit ab eis: ⁊ Ecc. xxv. Effusio sanguinis in rixa superboꝝ. Qñ. n. ñ pñt obtinẽ qõ volunt ñ curãt per se vel alios sãguinem fundẽ ut possint ad dñia ascendere. Et quia molesti sunt alijs superbi: iõ communiter egre feruntur. vnde Eccle. xxv. Tres species odiuit anima mea ⁊ aggrauor valde anime illoꝝum: pauperem superbum: diuitem mendacem: ⁊ senem fatuum ⁊ insensatum: ad litteram hoc ideo est: quia talibus tollitur occasio illoꝝum malorum. Superbiam enim inducit opulentia vel magna aliqua excellentia quam non habet pauper. Ex paupertate ut prouideat necessitati sue quis aliquando dicit mẽdacia. Et experientia longa debuit senem sapientem efficere. Moraliter totum impletur de superbio quo libet. Ex parte siq̃dem corporis ẽ hõ valde pauper immo pauperimus adeo ut mendicare euꝫ oporteat victum ⁊ vestitum ad herbis ut pannuꝫ lineum: ⁊ animalibus brutis ut lanam. Diues mẽdacioſus est qui bona que habet magna dicit a se habere: uel se non posse continere vel vitia vincẽ cum tamen possit cum adiutorio gratie. Senex fatuus est qui cum pluries fuerit expertus suas fragilitates ⁊ casus potentium tamen confidit in se exponens se periculis ⁊ regimina querens. Demum superbia proprio subiecto nocet. Nam bona de se conuertit in mala i q̃tum de bonis supbit operibus ⁊ sic malum culpe incurrit: vñ de vita moritur: de sanitate egrotat: de medicina interficitur: a mortuo occiditur. Sicut in figuraꝫ Eleazar occidens elephantem sub eo occubuit: ꝓmo Machebeo. vi. Item superbia in errorem induc Unde super illud Jere. xlix. Arrogantia tua decepit te ⁊ superbia cordis tui: dicit glo. q omnis hereticus arrogans quia superbia hereticum facit ⁊ vere ignorantem. Item superbia mentez inebriat ut se non cognoscat: Abachuch. xx. Quomodo vinum potantem decipit: sic erit vir superbus Uinum hoc modo decipit potantem quia ingreditur blande sua suauitate: postq̃ vero receptum est in commensurate: ipsum dominatur in homine: ⁊ facit eum fatue credere: ⁊ fatue loqui: ⁊ opari nociua. Sic postq̃ superbus recepit superbiaꝫ in affectu tunc de facili recipit eam in intellectu ut alta de se credat: alta loquatur ⁊ est sicut ebrius: ⁊ que de se dicuntur bona que in se non esse videt credit. Unde accidit ei sicut quidaꝫ rustico

qui cum portaret agnū ad vēdendum: q̄dā trufatores ꝓdixerunt sibi vt q̄libet interrogaret per se quid vellet de illo cane dicēres canē esse agnum illum. Cum ergo ꝑmus quereret a rustico quid p̄cij vellet de cano illo. Rñdit rusticus agnus est iste nō canis: cui ille irridēdo inquit. Erras q̄a canis ē non agnus. Interrogat secūdus quanti p̄cij eēt ille canis. Cui econtra ille dixit: agnus ē nō canis: ⁊ sic successiue plures fecerunt: ꝓpter quod ō mum ūmutatus a vera crudelitate sua: immo sciē tia: verbis illorum canē estimauit ⁊ ꝑ cane vili p̄cio vendidit: sic superbus ⁊c. Item superbia iducit in firmitatem q̄ de facili ī curritur ⁊ difficulī curat: ⁊ sepe in ea recidiuat curata: triplici āt rōe ī curritur faciliter. Prima rō ē: quia non putatur tā ta infirmitas quanta ē: ⁊ iō nō vitatur sicut vitā da est: vnde Gre. Cum nimis turpis superbia creditur minus vitat. Luxuriam eo magis erubescunt homines: quia omnes turpē nouerūt. Secūda ē q̄ manifestiora reperiūtur exēpla superbie q̄ alio rum peccatorum. Fornicatores. n. ⁊ alij vitiosi occultant peccata sua: sed superbia mānifeste cōmittit Q̄ autem quis glorietur de lasciuijs ⁊ alijs scelerib⁹ iam ꝓcedit ex superbia: alias occultat. Tertia rō ē ꝓpter multiplicem mām: q̄ de quocunq; malo. Item de difficili curat vnde Job. xv. Cunctis diebus suis superbit impius. Quando enim aliquis infirmatur aliquo alio peccato odij homicidij vl fornicationis cognoscēs confitetur ꝓteritur ⁊ dimittit illō. Sz superb⁹ nec vult sūire hūilitatē cōtritionis nec erubescentiam ꝓfessionis: vitans miserias suas sciri. Ut. n. dicit Gratianus de peni. dis. i. c. Qui domū. circa fi. Taciturnitas ꝓfessionis ex fonte superbie nascitur dū q̄s nō vlt cognosci qualis sit. Ex silitudine. n. apparet nō de facili curabilis. Nam assimulat luciferi pctō: q̄ō superbia fuit ⁊ insanabilis. Ad hoc ēt facit huiusmodi rō q̄ infirmitas q̄ ignoratur nō pōt curari. Hiero⁹. Difficile ad sanitatem venimus: q̄ nos egrotare nescimus: q̄ō maxime accidit ex superbia.

¶ ꝑ̄ superbiā deus odit p̄ctōr̄

Secundo malū . §. II.

in supabile nōt cuz dicitur. Qui te oderūt. Odium āt hominis ad deū ē maximū pctm̄ quod superat omnia alia: ⁊ ad hoc demū pducit superbia. Sciēdum tm̄ scōz. b. Tho. secūda secūde. q. clxij. q̄ deus in natura sua non solum non pōt odiri. Est enim ipa essentia bonitatis: bonitas autem i se inq̄tum bonitas odiri nō pōt: quia bonum est quod omnia appetunt inquit phs in ꝑmo ethicorū. Sed etiam in quantum creator vel benefactō non potest odiri. Nullus enim odit eum qui sibi bene facit inquantum apprehendit illud vt beneficium. Sed si reputaret illud quod sibi impēdit bonum ut malum ⁊ sibi nociuum sic posset odire: vel etiam habito respectu ad aliud: puta quia ⁊ si sibi aliq̄ bonū fec ē sibi ꝓri⁹ i aliquo: ut si filius odiat patrē ñ q̄ eū genuit. sz q̄ verberauit. Sic de⁹ odit: vl inquātū pūitor malorū: ⁊ sic oditur a demonijs ⁊ alijs danatis: vñ dicit Apoc. xvi. de dānatis. Et manducauerūt linguas suas p̄ dolore ⁊ blasphemauerūt deū q̄ hz potestatē sup has plagas neq; egerūt pniam ut darent illi gloriam vel q̄ ipedit deus aliquos ne impleant suas voluntates malas diuersis modis vel q̄ ꝓhibet peccata ꝓpter quod ꝓui non ita libere peccāt vt cuperent: tum q̄ mordet ꝓscia: tum q̄ non assentitur ab alijs ex timore.

Tertio progres . §. III.

sus execrabilis supbie notat cum dicit. Ascendit semp. Ubi notandum q⁹. xij. sunt gradus supbie quibus ascenditur ad summum eius. s. curiositas leuitas: inepta letitia: singularitas: iactantia arrogantia p̄sumptio: simulata confessio: ōfensio peccati: rebellio: libertas sui assuefactō mali. Et Bē. in quodam libello eos explanat quo ad statū religiosum. Sed ut coior sit materia etiam ad alios extendemus.

Est ergo primus. §. IIII.

grādus. Curiositas: que i hoc consistit dū quis ñ cōtētus ūminis cognitionis sibi cōuenientis: q̄rit scire: videre: audire: vel alijs sensibus apprehendere que non decet. Multipliciter hoc vitio infectū ē genus humanum: ⁊ tanto magis quanto min⁹: de eo non facit sibi conscientiam. Ut enim dicit. Ecclesiastes primo. Nō satiatur oculus visu: nec auris auditu: frequenter quis querit quecunq; oculis occurrunt videre: ⁊ audire omnia que dicūtur. Et breuiter quandocunq; quis vtitur aliquo sensu nō ꝓpter aliquam causam rationabilē: sed solum vt notitiam hēat ō ipsa re obiecta sensui: ptinet ad curiositatem. Cum ēt intellectus scire q̄rit q̄ sibi ꝓhibita sūt vel noxia vel q̄ sūt supra capacitatem suā vt de misterijs fidei: ⁊ p̄destinatione ⁊ huiusmodi: curiositas est vnde dicitur. Eccij Altiora te ne q̄sieris ⁊ fortiora te ne scruteris ⁊ in pluribus operibus eius non fueris curiosus. Ber. autem sic ait de hoc gradu. Si videris monachum de quo prius confidebas vbi stat: ambulat scilicet discurrendo hinc inde: ⁊ oculus insipienter vagari caput erectum: aures portare distentas: ⁊ moribus exteriorīs hominis interiorīs ūmutatum agnoscas: dum enim anima sui circunspectione torpescit in curia sui: in aliorum curiosam eque facit. Ut quid āt audes oculos leuare ī celū q̄ peccasti in celum: terrā intuere vt agnoscas te ipm̄ h̄ ille. Dina filia Jacob q̄ curiosa fuit i egrediendo domum vt videret feminas regiōis illius constupr̄ata fuit: a Sichen. Gen. xxxiij.

¶ Curiositas ē vnū de gradibus superbie. s. primū

Secūdus gradus .§.V.

ē. Leuitas. ſ. ad iudicandū facta alioꝝ: ad loquē dū: ad pferēdū ſnias: ad ordīādū noua: ad docē dū alios: ꝛ ſi ꝺicit ꝓtētoes multiplicat: q̄ oīa p cedūt cōiter ex nimia ſui eſtimatoe q̄ſi euāgeliū ſit oē qꝺ ꝺixerit vel ſēſerit: ꝛ alū nil ſciāt ſic Lay phas cū ꝺixit in ꝓalio. Uoſ neſcitis q̄cq̄ nec cogi tatis: expedit vobis vt vn⁹ hō moriatur. ꝛ Helyu iuuenis qui cū vidiſſet tres amicos Job. qui eū viſitauerat. ſ. Heilphach. Baldach. ꝛ Saphar. diſputātes cū eo ſuperatos: ductus leuitate ꝛ ar rogantia illos ꝓtēpſit tāq̄ ignaros: ꝛ ipſe Job ag greſſus eſt diſputatōes eum arguens. Sed reꝑhē ſus a dño fuit ꝛ ei ꝺictū .c.xxxviij. Quis ē iſte i uoluēs ſniaꝫ ſermonibus impitis. Ber. vꝺ ſic ait de hoc gradu: ſic oritur iſte ē gradu p̄cedēti. Mo nachus qui ſui negligēs alios curioſe circūſpicit oū quoſdā ſuſpicit ſupiores quꝑſdā deſpicit iferi ores: in alijs quid videt qꝺ inuidet: in alijs qꝺ irri det: vnde aīus nulla ſui cura grauatus per ſupbi am ad alta ſe erigens. modo per inuidiā tabeſcit: mō per excellēſiā puerilr hilareſcit: ꝛ qꝺ ſupari volet: ꝛ qꝺ ſuperare ſe gaudet: amor ꝓpe excellē tie facit. Talis aūt uunc pauca ꝛ mordacia vba nūc multa in amarius verſa. nūc luctu plena. ſp aūt irrōnabilia indicit verba. hec ille.

Tertius gradus .§.VI.

ē Inepta letīcia. Uidēs. n. ſupbus ſe ꝑperari i tē poralibus: ab hoibus laudari: honoribus exalta ri: dignitatib⁹ ſublimari: ꝛ q̄s vlt posſe deꝑmere inde mūdialiter hilareſcit: hoc hīs ꝑ magna feli citate ꝛ induſtria ſua: ēt de aptis malis exultās: ꝙ illō puer. ij. Letāt cuꝫ male fecerit ꝛ exultāt i reb⁹ peſſimis: deridētes ꝛ ſubſanātes uel contēnentes pauperes ꝛ miſeros: ſicut diues epulo in iferno ſe pultus: ꝓpterea q̄ cōuiuijs gaudēs mēdicuꝫ La zarum cōtempſit. Luc. xvi. Procurāt aliq̄ tales tripudia: choreas haſtiludia: ludos: ꝛ alia vana ad augendū ſuam ineptam letitiam. Sed vt ait Job: xxi. Tenēt tympanum ꝛ lyrā ꝛ gaudent ad ſonitum buccine: ꝛ in pūcto od inferna deſcēdūt Ber. vꝺ de hoc ſic ait. Monachus q̄ duos ſuper bie gradus aſcēdit cum gaudiuꝫ videlicet iterpel lari triſtitia quam de bonis alterius ꝺhit ipatiēs ſue humilitatis: pergit ad conſiliū falſe cōſolatio nis ex illa parte qua ſui ſibi vilitas ꝛ aliena excel lētia mōſtratur aſtringit curioſitatē: vr in quo ip ſe videtur excellere noter: i quo alter p̄cellat ſēper diſſimilet: vt dum euitat qꝺ triſte putatur letitia cōtinuetur. Dis itaq̄ ꝺictis hic gradus deꝑhēdi tur: rari vel nulli genit⁹ vtputa ſi attēdas: aut ſui oblitum aut ablutī a culpis: i ſignis ſcurrilitas in fronte hilaritatis: vanitas apparet i inceſſu: ꝓn⁹ ad iocum facilis ꝛ ꝓmptus in riſu: ſimilis veſice turgenti vento: pūcto fotate exiguo que ſi ſtringi tur crepitat ꝛc.

Quartus gradus.§.VII

ē Jactātia. ſ. laudare ſeipſū ſupra debitū modum diuerſis rebus: vel de pulchritudie: vel fortitudie uel nobilitate generis: aut de diuitijs: potētia: et gloria: de induſtria artis ſue: ītellectus acumine: ſcia: ſapia: eloquētia: vtibus ꝛ gratia. Sꝫ vt ꝺicit puer. Laus i ꝓprio ore ſorꝺeſcit. Unde cato. Nec te collaudes: ꝛ ſeqtur. Hoc faciūt ſtulti q̄s gloria vexat inanis. Ad iactantiā ēt ꝛ ſupbiā ptinet por tare ſupfluas veſtes ꝛ alios ornat⁹ ſupra ſtatum ſuū: popas in ꝓuiuijs: edificijs ꝛ eqtaturis: ꝛ in a lijs apparatibus q̄ oīa demū ad inferos educunt vnde ꝺicūt ipſi ſupbi in iferno poſiti. Quid ꝓfuit nobis ſupbia noſtra ꝛ iactātia ꝺiuitiaꝝ: ecce oīa trāſierūt velud vmbra. Sap̄. v. Sic Simon ma gus q̄ iactabat ſe posſe mutare nās rerum ꝛ mor tuos ſuſcitare: ꝛ in celū aſcēdere: cadens in terrā dimiſſus a demonū multitudine q̄ eū ferebant p aerē: oꝛōne Petri colliſus ꝛ ꝓfractus i ꝓfūdū de ſcēdit. Ber. āt ſic ait de hoc gradu: ibi ex p̄ceden ti gradu ſic oritꝫ. Postq̄ vanitas in veſica creſcere groſſeſcere incepit neꝛe ē ut ampliori foramīe laſ ſato ſinu vētoſitas eructet alioq̄n rūpetur. De p hēdit āt hic gradus his ꝺictis. Eſurit ꝛ ſitit qꝺ⁹ oē qꝺ ſentit oñdat: ꝓuenit īterrogantē: ñ q̄rēti re ſpōder: ipe q̄rit: ipe diſſoluit: vba collocutoris: p ſcidit ipfecta. Si de religione agīt ſtati viſiones ꝛ ſōnia ꝓferūtur: laudat ieiunia: ꝓmendat vigilias ſup oīa oꝛōnes exaltat: ſi ad ludicra fmo ꝓuertit i his quāro aſſuetior tanto loquatior ita vt ſeue ros aios ꝛ graues i leuitatē ꝓtēt ꝛ in riſum.

Quintus gra .§.VIII.

dus ſupbie eſt Singularitas: facere. ſ. aliq̄d vltra cōmunia ꝛ conſueta vt p̄eceteris reputetur ꝛ ho noretur et circa veſtitum inuenire nouitatem ve ſtium magis apparentium: noua ornamenta i ſer monibus vti verbis peregrinis ꝛ obſcuris: in di ſputationibus ſequi nouas opiniones vltra com munes in tractatibus cum alijs de aliqua maria diſcrepare a communi iudicio alioꝝ vt videat magis intelligere factum i ꝓuiſionibus grauami nibus: ꝛ ꝓmotionibus vult ſingulariter p̄e ceteris melius tractari de quo pōt exponi illud ps. Singularis ferus ꝺepaſtus ē eā. ſ. vincam ò eccle ſie. Ferini. n. hoies ſūt huiuſmodi qui volunt eſſe ſingulares. Nā hō inq̄tum hō ē aīal ſociale non ſingulare: ꝛ hi conſumunt vineam eccleſiarum ꝛ ciuitatum totum p̄o ſe querentes de alijs non curantes. In ſtatu vero ſpirituali recedere in cō muni vita regule a communibus cōſtitutionibus patrum a communibus cerimonijs ꝛ obſeruan tijs ſine cauſa vrgente vel ſpeciali reuelatione

ad singularitatē ptinet ꝛ ē valde piculosum. Contra hos inuehit Ber. in ſmone dicēſ. Quid dicis tu amator ſingularitatis: cōia loca: cōem vitam: cōem regulā: cōes obſeruātias quid faſtidis. Jō Thōas nō vidit xp̄m cū ceteris q̄ nō erat cū eis q̄n vēit Jeſus. Q̄ ſit piculoſū oñdit Jo. caſſian⁹ i p̄ma colla. de quodā qui dicebat Hero. qui cū eēt ſingularis: in auſteritate vite ꝛ admoneret in ꝯrium ex ſupbia pmanēs in illa ſingularitate: cuj appareret ei diabolus in ſpē āgeli luc⁹. ꝛ eius verbis acquieſceret: demū ex ſuaſione diaboli p̄cipit ſe i puteum. Nō tñ ptinet ad ſingularitatē hoc ſz animi firmitatē ut declinātibus alijs q̄ſi oībus a mādatis ꝛ debitis regulis q̄ſi ſolus vel cū pauciſſimis mādata ꝛ regulā ſuet: ſicut i laudem dicit ō Thobia q̄ cum oēs ex filijs iſrl̄ irēt ad adorādum idola q̄ fecerat Jeroboā rex iſrl̄: iſte ſolus ibat in Hierl̄m ad tēplum ad odorandū. iij. Reg. xij. deum ꝛ offerēdum ſacrificia ꝛ decimas: ꝛ cū ducerētur ad captiuitatē in Niniuē cū alijs cōtribulib⁹ ſuis: ꝛ oēs alij de populo ſuo ꝓtaminarēt in eſcis gētilium. ſ. ꝓmedēdo cibos eis ꝓhibitos i lege ipe ſolus nō ē cōtaminatus i eſcis eoꝝ abſtinēs. ſ. ab eſu illorū ciborum. Thob. ꝑmo capitulo. Ber. ſic ait. Singlaritas a p̄cedēti gradu ſic oꝛit. Turpe ē ei qui ſe ſupra ceteros iactat ſi nō plus ceteris agat aliquid ut vltra ceteros appareat. Perpēdit ā̄t his indicijs gradus iſte: plus talis ſibi blādit̄ de vno ieiunio quod ceteris prādētib⁹ fac̄ q̄ ſi ceteri ſeptē dies ieiunauerint: cōmodior ſibi videt vna oraciuncula peculiaris: q̄ tota pſalmodia totius noctis: dolet aliquem ſe pallidiorē ꝛ min⁹ comedētem: ad oīa ſua ſtrenuus ꝛ ad coīa piger: vigilat in lecto dormit in choro.

Sextus gradus. §. VII.

ſuperbie ē Arrogantia cū. ſ. quis attribuit ſibi illam ſnīam ꝛ vtutē quam nō hēt: ex hoc querens alijs poſſe p̄eſſe: ſubeſſe renuēs: eḡri ceteris ñ ſuferens: adulationibus acq̄eſcens: ſi aliquis eum ñ veneratur impatiens. Jere. xlviij. Sublimitatem ꝛ arrogātiam ꝛ ſupbiam ꝛ altitudinē cordis illi⁹ ego ſcio dicit dñs. ſ. ad puniendū. Hac arrogātia ductus Marius ciuis romanus nō contentus q̄ ſexies fuerat conſul romanorum voluit tyranni ce, ꝛ violentia eſſe ꝛ ſeptimo: ꝓpter quod interfectio facta eſt multorum ciuium bello inteſtino facto inter Marium ꝛ Syllam qui voluit eum ipe dire in hoc: vt narrat Titus liuius. Sic ꝛ Julius ceſar reuerſus victor de Gallia voluit fieri cōſul. vnde ſecuta ſunt multa mala. Q̄ ēt quis credat poſſe vel velit malos quoſcūq̄ ſeparī a bonis pti nere ad arrogātiam oñdit Aug. dicens. Quātus arrogantie timor eſt: quāta humilitatis: ꝛ lenitatis obliuio: ꝛ arrogātie quanta erectio: vt quis ſe poſſe facere credat q̄ nec aplis conceſſit de⁹ ziza nia vz'a frumēto putet ſe poſſe diſcernere. xxiij. q. iij. c. Quantus. Pertinet ēt ad arrogātiam impioſe deſpectiue docere vl̄ regere ſubditos ꝛ ꝓtra alios iuehere vt videātur plus ipſis ſape ut quidā faciūt ēt in ſermonibus ꝛ in ſcriptis ſuis. Contra quos Gratianus poſt Hiero. Nihil impudētius arrogantia ruſticoꝝ: qui garrulitatē auctoritatē putant: ꝛ parati ad lites in ſubditos tumide intonant: di. xlvi. §. i. Ad idez Gre. xxiij. moraliū ait. Habet hoc propꝛium doctrina arrogantium ut humiliter neſciant inferre que docēt ꝛ recta que ſapiunt recte miniſtrare non poſſunt. In verbis eorum proditur q̄ cum docent quaſi in quodam ſibi videntur ſūmitatis culmine reſidere: eoſq̄ q̄ſ docent vt longe infra ſe poſitos velut i imo reſpiciunt: quibus non conſulendo loqui: ſed vix dominando dignantur. Dis per ꝓphetam. ſ. Ezechiel. xxxiij. dicitur. Cum auſteritate impabatis ꝛ cum potentia: di. xlvi. c. Hoc habet. Ber. vō ſic ait. de hac arrogantia: ſic oꝛitur ex p̄cedēti. Cū ex his talis que ſingularit̄ agit apud ſimpliciores eius opinio excreuerit: q̄ opa que cernunt ſz vnō ꝑdeant non diſcernunt: dum miſerū beatificant in erroꝛem mouent: credit qō audit: obliuiſcitur intētionem dum amplectitur opinionē quiq̄ de oī alia re plus ſibi q̄ alijs credit: ō ſe vō plus alijs q̄ ſibi: vt nō ſolū vbo aut opum oſtentatione ſuam p̄ferat religionem: ſed intimo cordis affectu ſe credat oībus ſanctiorē: ꝛ quicquid de ſe laudāt hoies: nō ignorantie aut benīuolētie laudatoris: ſed ſuis meritis aſcribit.

Septimus gra. §. VIII.

dus ſupbie dicit p̄ſumptio: cū. ſ. ponit ſe ad ea q̄ excedunt facultatē ſuā: cōditōem ſuam ꝛ ſtatum Ad p̄ſumptionē ptinet q̄ ꝺs poneret ſe ad diſputandum cuz hereticis vel alijs ifidelibus ignarus ſcripturarum ꝛ rationum ad argumenta eorum Unde ꝛ quidam religioſus ut reputabatur devotus ꝛ ſciolus ſed p̄ſumptuoſus: audiens erroꝛem fraticellorum queſiuit habere libꝝ in quo erāt erroꝛes illorum ut poſſet cum eis diſputare et cōuincere. Sed quia ignorans erat in illis captus eſt ꝛ hereticus factus. Pertinet ad p̄ſumptōem q̄ quis dum poteſt ſe iuuare in victu ꝛ neceſſarijs ex pectet cibum de celo. Sicut accidit vni ex duobus heremitis in vitis parum qui recedentes ab alijs commiſerunt ſe gubernationi diuine Et itinerantes cum iam cepiſſent eſurire ꝛ prodebilitate deficere obuiauerunt quibuſdam barbaris qui diuina inſtigatione commoti ꝓter ſolitum obtulerunt eis ad comedendum: quibus aſſerit ꝛ acceptauit vnus eorum intelligens a deo diſpoſitum ut homines ita feri eis obtuliſſent et comedit. Alter permanens in ſua proteruia et preſumptione noluit. ſed expectauit cibum ſibi a

Capitulꝫ Tertium.

deo mitti ꝑ angelum. vñ ⁊ pre fame mortuus est sui homicida: Ad ꝓsumptōem ptinet agē q̄ spectant ad officia alioꝝ vt si subditꝰ velit ꝓlatū regē si laycus de clicis velit iudicare cape ⁊ punire etiā malos clicos: si mulier velit viro impare: si q̄s velit facē officium qō ad eū ñ ptinz. Sic Ozias rex iuda: q̄ ingressus ē tēplum dei vt offerret i cēsum ſz ꝓpter suā ꝓsumptōem hāc effectus ē leprosus. ij. paralipo. xxvi. Ber. de hoc gradu sic ait: hec ex p̄cedenti gradu sic oritꝫ. Qui alijs p̄esse putat quō plus de se q̄ alijs nō ꝓsumat: ꝓmus i q̄ētibꝰ resideꝫ: in ꝓsilijs ꝓmꝰ rndet: nō vocatꝰ accedit si iussus se intromittit: deo ordinat ordinata: reficit refecta q̄quid ipse ñ fecerit aut ordinauerit: nec recte factum: nec pulchre ordinatum estimat: iudicat iudicātes: ꝑiudicat iudicatis: si cū tps aduenerit nō ꝓmoueatur ad ꝑoratum: suū abbatē aut i uidum iudicat: aut deceptū: q̄ si mediocris alīq̄ obediētia ei inuiuncta fuerit: indignat arbitrans ñ minoribus sese occupandum q̄ ad maiora se sese tit idoneum.

Octauus gradus. §. XI.

dus superbie ē defēsio peccati. Mltū hoc repit i hoibus ut vitia ꝓmissa ēxcusēt alleuiēt: alijs attribuāt: ⁊ aliq̄ tā q̄ bene fcā defēdant. Sz si te excusas ait Aug. deus accusat. Alleuiat q̄q̄ petñ suum cōpatione peccatoꝝ alioꝝ ⁊ p̄cipue supioꝝ iuxta illud. Stultus vitabit correctionē: ⁊ iuxta voluntatē suā iueniet: cōpationem. i. similē sibi: ut sic alleuiet factū suū. Aliq̄ vero alijs attribuit cām pctoꝝ suoꝝ vt diabolo vel socio ⁊ hi. sicut ꝓmi ꝑentes: quoꝝ Adam req̄situs de culpa attribuit socie Eue. Jpa req̄sita attribuit ſpēti dicens. Serpēs decepit me ꝓpter qō imediate de paradiso electi sunt: Gen. iij. Aliq̄ ēt quis defēdit petñ suum: puta rōib' ostēdens se bene feciſſe: et in his q̄ sunt determinata ab ecclia ut velle defendere vsurā que ꝓmittit sub noie depositi vl' discretionis nō ē peccatum: aut fornicatōem simplicē ⁊ huiusmōi ptinerz ad heresim. Defendere etiaz culpam alioꝝ grauis ſupbia ē: vñ Jsidorus. Qui ꝓsentit peccātib' ⁊ defēdit aliq̄ delinq̄tē maledictus erit apud deū ⁊ hoies: ⁊ cōzipiet increpatione seuerissima. xi. q. iij. c. Qui ꝓsentit. vñ ⁊ Anastasius secūdus q̄ voluit defendere Fotinū hereticum: diuino iudicio pcussus ē: vt hētur di. xix Anastasius: ſm Ber. sic oritꝫ iste ex p̄cedēti. Qui ꝓmptus ad oia se ꝓsueuit ingerē: ipossibile est aliquādo nō errare. Ad ꝓlatū āt ptinet errātē arguere: ſz quō culpam suā ꝓfitebit qui nec ē putat: ꝓpterea cū culpa nō putatur crescit nō āputat. Multis modis fuit excusatōes in peccatis. Aut enim dicit qui se excusat: aut nō feci: aut feci: q̄dē ⁊ bene feci: aut si male nō multū: aut si multū nō mala intentione. Si āt ⁊ de illa q̄incitur: aliena se nititur excusare suasione. Sed q̄ aptas defendit quō ocultas ⁊ malas cogitationes cordi suo aduenientes hūliter reuellaret abbati.

Nonus gradus. §. XII.

ꝓfessio hñtium ē 9 gradꝰ ſupbie.

superbie ē. Simulata ꝓfessio: cum. s. quis quietus ⁊ manifestatꝰ de aliquo excessu cū videt locū non eē excusationis: fatet ⁊ oñdit signa magne humilitatis ⁊ emēdatōis qō ficte agit ut reputet vere cōpūctus ⁊ correctus: ad qō facit q̄ ait Crisō. Quis aliquādo vidit clericū cito penitētiā agentē: ⁊ si ò ꝑhensus hūliauerit se. s. ꝓfitēdo culpam: nō dolz quia peccauit sed confūditur quia perdidit gliaz suam: de peni. di. i. mēsurā. §. Quis aliq̄n. Ad si mulatam ēt ꝓfessionē ptinet q̄ quis in confessiōe sacrāmtali reticeat aliquod mortale ꝑ verecūdia quod menti occurrit in quo mortaliter peccat ꝓpt̄ irreuerētiam sacramēti: ⁊ ex ſupbia ꝓcedit dum vult videri iustus i eo qō tacet malo: q̄ peccatoꝝ ē vt dicit Gratianꝰ de peni. di. i. §. Taciturnitas de quadam muliere legitur que erat magne sapiētie consilij ⁊ scitatis: hec lapsa i peccatū carnis q̄ quis hoc toto tempore vite sue defleret ⁊ penitentiam ageret asperrimam tamen q̄ noluit confiteri defuncta apparuit cuidam sibi nocte reuelans se ꝓpter hoc damnatam ad gehennā. Ber. vero ait ostēdens quō ex p̄cedenti hoc oriatur. Nonnulli cum aptioribus arguuntur considerantes q̄ si se defenderent non crederetur eis subtilius inueniunt argumentum defensionis: verba respōdentes dolose cōfessionis vultus demittitur: pstern̄it corpus aliquas lacrymas si pñt sibi extorqueāt vocem suspirijs: verba gemitibus interrumpunt. Nec solum talis obiecta non excusat: sed ipse culpam quoq̄ exaggerat. Hec autem simulatio sic ꝓpenditur inquit Ber. Vasa figuli ꝓbat fornax ⁊ tribulatio vere penitentes discernit. Qui vera citer penitent labores pnie nō abhorrent. Cuius simulata ē ꝓfessio: vna vel leui cōtumelia aut exigua pena interrogatum: iam humilitatem simulare nō pōt: murmurat frendit irascitur.

Decimus gradus. §. XIII.

Rebelio ē decimꝰ gradꝰ ſupbie.

dus superbie est. Rebellio noli obedire superioribus vt ꝓlatis: parentibus ⁊ alijs: ꝓtēnereq̄ mandata supioꝝ: ꝓv. xviij. Impius cū i ꝓfundum venerit peccatoꝝ ꝓtēnit. Ubi sciendum q̄ non solum i maioꝝbus ordinatōibus sed ēt minimis quibuscunq̄ ꝓtēptus mortale est: vnde Ber. in li. de dispensatione ⁊ preceptione dicit. Neglectus vbiq̄ culpabil' neglect' vbiq̄ dānabil'. Et Anterius papa ait. In lege veteri hētur q̄ q̄cunq̄ sacerdotibus non obtempasset: aut extra castra posit' a populo lapidabatur: aut de gladio subiecto

ceruice ꝓceptum expiabat cruore. Nunc vo iobe diens ſpūali aiaduerſione trūcatur. i. pena dānati onis eterne: aut eiectus de eccl̄ia rabido demonū ore decerpit. xi. q. iij. Abſit. Pharao rex egypti: qz ꝓtēpſit mandatum dñi pmanens in ſua prīna tia ⁊ duritia demun ſubmerſus ē in mari rubro: vt hētur Exo. xiiij. Ber. de hoc ſic ait. Qui ꝑus arrogans factus ſocios ꝓtēpſerat: iam patēter in obediens magiſtrū ēt ꝓtēnit. Sciendū tñ q̄ grad⁹ xij. in tres tñ colligi pñt: ut in ſex p̄mis ſit ꝓtēpt⁹ fratrū: in quattuor ſequētib⁹ cōtēptus magiſtri: ⁊ in duobus qui reſtāt ꝓtēptus dei. Deniqz vbi fra trum ꝓcordiam: aut magiſtri ſniam ſp monach⁹ ſpnit: q̄d vltra in mōaſterio niſi ſcādalum facit.

Undecimus . §. XIIII.

¶ p̄mdi libens. ē 13 gradꝰ ſupbie.

gradus ſupbie ē libertas peccandi: talis vlt eē ſilis deo: vt. ſ. libeat ei facere q̄ vult: vnde dicit Anſel mus i libro de ſimilitudinib⁹: q̄ qui vult eē liber ſui ⁊ nulli legi ſubīci: vlt auferre coronā de capi te dei: qz ſolū ei ē hoc ꝓpium vt nulli ſubīciatur ⁊ ſi impeditur a deo aliquibus tribulationib⁹ vel obſtaculis vt nō poſſit libere implere volūtatem ſuam malam: iraſcitur ꝛ deum: blaſphemat ⁊ in iuriatur. Huic ār accidit q̄ legitur pabolice ō ꝓ digo filio. Luc. xv. qui petita a patre portōne ſub ſtantie ſue: ⁊ accepta. i. libertate ſue volūtatis ab ījt in regionē longinquaz: in ſtatū. ſ. ruēs malitie: remotum a deo: vbi diſſipat totā ſubſtātiā. ſ. vir tutis ⁊ gratie a deo habite: ⁊ bona ēt nālia debili tat viuēdo laſciue: ⁊ ſeruiendo demonijs. Ber. de hoc ꝓ hanc libertatē monachus: cum iā mōach⁹ nec magiſtruz videt quē timeat: nec fratres quos reuereatur: q̄to ſecurius tāto liberius ſua deſide ria implere delectatur: a q̄bus i monaſterio tam pudore q̄ timore ꝓhibeātur. Sed ⁊ ſi fratres et abbatem nō iam timet: non dū tamen penit⁹ dei formidine carebit.

Duodecimus . §. XV.

¶ p̄mdi q̄ſumd ē 12 gradꝰ ſupbie.

gradus ſupbie ē. Conſuetudo peccādi ⁊ hoc ē val de piculoſum: quia ꝓſuetudo vt dicit ſapiēs ē q̄ſi altera nā: vnde ſic nālia tolli non pñt: ita ⁊ conſu etudo valde difficilē tollit: vez quia natuta nō ē ſed quaſi: iō reīci pōt: ⁊ ſi cum difficultate: induc n. habitum qui ē diſpoſitio de difficili mobilis a ſubiecto: tamen remoueri pōt: vnde ⁊ Lazarus mortuus ⁊ ſepultus cum difficultate fuit ſuſcita tus. i. concurrentibus pluribus actibus q̄ in reſu ſcitatione aliorum mortuorū a xp̄o. Nam ⁊ fleue runt ſorores ⁊ orauerūt ꝓ ipſo: ⁊ turba ⁊ xp̄s fle uit ac clamauit. Significat ār Lazarus mortuus ⁊ ſeplutus peccātem ex ꝓſuetudine ſm Aug. duz ſ. male conſuetudinis q̄i mole p̄mitur animus ō peni. di. ij. Sicut tribus. Nec tm talis conſuetudo excuſat vel minuit peccatuz ſed potius aggrauat vnde Bre. Tanto ſunt grauiora peccata quanto diutius animā infelicē detinent alligatam: extra de ꝓſue. c. Cum tanto. Ber. vo ſic ait. Poſtq̄ ter ribili dei iudicio p̄ma flagitia impunitas ſequit: experta voluptas libēter repetitur: repetita blan ditur: concupiſcentia reuiuiſcēte ſopit rō: ligat cō ſuetudo: trahitur miſer i ꝓfundum maloz trabi tur captiuus tyrānidi vitioz: ita ut carnaliuz vo ragine deſideriorz abſortus: ſue rōnis diuinicq ti moris oblitus: dicat inſipiēs i corde ſuo. Nō ē de⁹

Capitulum quartum de ſupbia i quadruplici genē hoium. ſ. in p̄latis: in religioſis: i clericis: i la ycis: ⁊ in ſingulis horz ē quadruplex ſupbia.

On habitabit in

medio domus mee q̄ facit ſupbiam inquit ps. c. Domus dei eccl̄ia ſancta ē: vt dicit Hiero. xxiij. q. i. ⁊ oibus. Mediū eius ē vnitas ⁊ charitas fidelium: qz i me dio ꝓſiſtit virtus. In domo ergo ē ſz non i medio qui i eccl̄ia ē numero ⁊ non merito: ſz i medio q̄ in charitate ⁊ in oī virtute ꝓ quam poſtmodum habitat in domo glie celeſtis: de qua Joan. xiij. In domo patris mei manſiones multe ſunt. Su pbus ār: qz non habitat in medio domus. i. i cha ritate nō pōt peruenire ad celeſtem gloriam. Su pbiam ār facit. i. opatur quadruplex gen⁹ hoium ⁊ hi a regno excludūtur.

Prima eſt ſuperbia p̄latorum.
Secūda eſt ſuperbia religioſorum.
Tertia eſt ſuperbia clericorum.
Quarta ē ſuperbia laycorum.

Quantum ad primū. §. I

ſ. de ſupbia p̄latorum. In quattuor ār reperitur ſuperbia in p̄latis. Primo in hoc q̄ eſtimātes meritis ſuis fuiſſe adeptos: ⁊ ſubditis ſuis melio res ſe eſſe arbitrantur: vnde Greg. i. xxxiij. mora li. circa fi. ſic ait. P̄relato in cogitationibus ſuper bia ſuggrit: quia ſolo uite merito ſuper ceteros excreuit: ⁊ ſi qua ab eo alī benegeſta ſi hec impō tune eius animo obīcit: ⁊ cum hunc ſingulr deo placuiſſe inſinuat: quo facile ſuggeſta ſuadeat: ip ſam ad teſtimonium poteſtatis tradite retributō nem vocat dicens: quia niſi omnipotens deus te his omnibus meliorem cerneret: omnes hos ſb tuo regimine non dediſſet eiuſq̄ mentez mox ex igit: viles atq̄ inutiles eos qui ſubiecti ſunt oſten dit: ita ut quaſi nullum dignum reſpiciat cui eq̄ nimiter loquatur: vnde ⁊ mox mentis tranquilli litas in iram vertitur: quia dum cunctos deſpicit ſenſum vitamq̄ omnium ſine moderatione rep hendit hec ibi. Sed q̄tuncunq̄ quis ſit certus q̄ de voluntate domini ſit prepoſitus alīs ⁊ videat

¶ ſupbia in p̄lat⁹ ē q̄dr⁹.

Capitulū Quartum.

sibi bene admīstrare: nūquā tamē bene pōt esse securus si debitū suū faciat: nec alīs se debz pferre. Quotidie ꝓtingit multos subditos meliores simplr eē prelatis. Nec sactiorez dicimus Sixtū Laurētio: q: Sixtus papa ille diacon' eius Aut pfectiorē Ualeriū ep̄m Uincentio diacono eius. Et quāuis Apostolus dicat ad Ro. xiij. Non est ptās nisi a deo: vex ē: sed opante quo ad bonos: sinēte seu pmittēte quo ad malos. vñ Hiero. Audaci forte aliquid dicius: sed tamē quod scriptū ē dicimus: nō semp princeps populi ꝛ iudex eccl'ie per arbitriū dei. i. beneplacitū datur: sed ꝓut merita nostra deposcūt. viij. q. i. Audacter. Et pōit exēplum de Saule qui deo ordināte fuit factus rex populi israhel: ꝛ bon' erat: ꝛ tamē postea irre probus factus ē: vt hētur. i. regū. xv: Sic ꝛ Dieu inūctus ē rex israhel per discipulū Heliseī domino iubēte: ꝛ quāuis implcuerit mādatū dei in exterminādo domū Achab: ꝛ oēm ꝓgeniem eius: ꝛ prophetas Baal. tamē idolatrie deditus repro batus ē: vt hētur. iiij. regū. x. ꝓpter quod ut dicit Job. xxvj. Gigātes gemūt sub aquis. i. uiri fortes ꝛ magni sāctitate sub cura populoꝝ ingemiscunt timētes sēper deficē: vt exponit Greg. ¶ Secundo supbia ꝓlatos iuadit in hoc ꝙ tāquā dñi volūt in oībus a subditis obediri ꝛ reuereri magis dolētes de trāsgressiōe suaꝝ ordiationū: ēt circa leuia ꝙ de trāsgressiōe dīnorū ꝓceptoꝝ. Contra hos dicit Apostolus. Nō quasi dñantes in clero sed forma facti gregis ex aio: nec pietate vlla moueñt i defectibus subditoꝝ: sed vīrtute: de quibus dicit Grego. in omel'. Hi q̄ de falsa iusticia superbire solēt ceteros quosq; despiciūt nulla ifirmātibus misericordia ꝓdescēdūt: vt quo se peccatores ē nō credūt eo peccatores deterius fiūt dis. xlv. Uera iusticia. In tātū aūt aliquādo talez supbia uerat vt ꝛ i malis sibi uelint obtēpari: alias ipos subditos psequātur: hi figurātur per Balaan a riolum qui iter faciens ad malum peragendum .i. intendens maledicere populum dei asinaz cui isidebat ꝓgredi nolentē calcaribus urgebat ad e undū: ꝛ mortē minabatur. Sed dīno miraculo asina loquēs arguēs vesaniā illius: dixit se ñ posse: q: angelus ante eā erat gladio euagīato: vt hī Nūeri. xxij. Balaam significat ꝓlatos: asina subditos. Cū aut̄ prelati uolūt iducere subditos suos ꝓcidiēdo: suadendo: ꝓminādo ad aliq̄d malū nō debēt obedire: sed hūliter se excusare nō posse: q: gladius vbi dñi quod ágelus. i. ꝓdicator ꝓpōit. s. dīne sñie ꝓhibet vt exponit Gratianus. ij. q. vij. §. Itē cū Balaā. ¶ Tertio ꝓsidētes supbia ducūtur quādo cūcta disponere uolūt de capite suo dedignātes audire ab alīs q̄ ipsi nesciūt: vl se qui cōsilia alioꝝ ne minus eis sape uideātur: cuz tamē scriptū sit ꝓuer. iij. Ne innitaris prudentie tue. Paulus apostolus vas electiōis edoctus euā gelium a Christo post uisionē claraz dei: ꝛ mīracula facta post tres annos a sua conuersione uenit Hierosolimam ad conferendum cum apostolis de his que ipse ꝓdicabat: vt ipse īfert ad Gal'. ꝑmo. c. Ut. n. dicit Gre. si quid bōi hēt quecūq; ecclesia: ego ꝛ miores mei quos ab illicitis prohibeo in bono imitari paratus sū. Stultus est. n. qui in eo se primū estimat ut bona que uidēt discere cōtemnat dis. xxij. de constantinopolitana. Clemens etiam dicit. Nullus episcopus propter obprobriū senectutis: vel nobilitatem generis a paruulis vel minimis eruditis: si quid forte est vtilitatis uel salutis inquire negligat: q̄ eni rebellitur. viuit ꝛ discere atq; agere bona recusat: magis diaboli q̄z Christi mēbrum eē ostēditur di. xxxviij. c. fi. De rege Assuero monarcha legit Hester primo: ꝙ habebat septem sapientissimos scientes leges ꝛ iura maiorum: quoruz consilio cūcta agebat. ¶ Quarto rectores superbia detinētur: cū nō patiūtur ab alīs reprehendi i his que minus bene faciūt. Ut. n. dicitur Ecclesiastes septimo: Nō ē hō sup terram q̄ faciat bonum ⁊ si peccet: ꝛ pmaxie cura rei familiaris sine pcō exercei non potest etiam ab his qui nouerunt uitare peccatū ꝑm Gre. Oculi' q̄ ꝓpius quantūcunq; acutus: ⁊ si oīa alia uideat se ipsū ñ uider. Nō sic egit Petrus prīceps apostoloꝝ: sed reprehensus a Paulo de nimia cōdescēsiōe erga iudeos i obseruatōe legaliū eū audiuit: vt dicit ad Gal. ij ꝛ dis. viij. Ueritate. Dauid ēt rex reprehensus a Nathā ꝓpheta de adulterio ꝛ homicidio occulto subito acquiescēs penituit. Theodosius imperator repħēsus ab Ambrosio de occisiōe plurū ꝓcurata i uindictam vnius sui militis interfecti ꝛ ꝓhibitus ab eo ecclesiā ingredi ante publicaz penitētiam: acquieuit: ꝛ patiēter tulit. Econtra Jeroboā qui manū extēdit cōtra ꝓphām qui eum reprehēdebat de idolatria ūnuens' vt caperet aruit brachiū. ij. regū. xiij. Joas rex iuda q: lapidare fecit Zachariā filiū Joiade ex eo ꝙ vitia eius repħēdebat: i mala multa icidit. Cū hūlitate tñ ꝛ reuerētia ꝛ prudētia: vt fecit Nathā erga David debēt supiores argui. Sed ⁊ si iuste arguerētur cū mānsuetudie: nō cū indignatōne ꝛ uindicatione debēt ostēdere inocentiam suam: sicut fecit Christus dicēs iudeis eū in multis calūniantibus Quis ex vobis arguet me ō pcō: Joh. viij. ꝛ habetur. ij. q. vij. c. Testes. §. Ecce ostensum est.

In religiosis quadruplex iuenitur superbia.

¶ Pria est eoꝝ qui despiciūt seculares ēt peccatores credētes se inq̄nari ex consortio eoꝝ. Similes hi sūt iudeis qui ut dī Joh. xviij. nolebāt introire in ꝓtorium Pilati ne contamiarēt: timētes coīquiari cohabitatiōe infidelium: nec sibi cōsciētiā faciētes ō ꝓcuratiōe

¶ Superbia religiosorum est quadruplex.

¶ Religiosi nō debet despicere seculares.

mortis Christi inocēt. Cōtra quos dicit domin⁹ Deutro. xxiij. Non abhominaberis egyptium: q⁹ & ipse aduena fuisti in terra eius. Egyptius interpretat tenebre: & significat secularē. Ad quod ēt facit illud Iero. Discedite inquiunt. s. illi qui p̄ sumūt de sua bōitate ad peccatores: polluti recedite a nobis: nolite nos tangē: nolite nobis cōicare. Hec locutio nō illūinat cecū: nō sanat egrotū nō curat infirmū: sed magis occidit: & in despationem deiecit di. xlv. recedite. Debēt quoq; religiosi cōsiderare q⁹ aliqñ in seculo fūt aliqui hēntes meritū & perfectionē religiosoꝝ: & ecōtrario i religione aliqui desides & mali tenētes uitā maloꝝ & mūdanoꝝ. In cuius figurā legitur Josue. iij. q⁹ dñs trāsito iordane voluit q⁹. xij. lapides de ipso fluio sūerētur: & ponerētur in terra sicca i medio castroꝝ: & ecōtra. xij. alij de terra extra fluium sūpti ponerētur i medio fluuij iordāis. Jordanis fluuius significat statū fluide secularem: & terra arida statū religiosū: sed in examie recti iudicij Christi mutat merita ōdinū q̄litas actōnū Quidā in seculo faciūt opa religiosoꝝ: & ecōtra Exēplū in uitis patꝝ quo ad primū de Pannutio: qui cū oraret sibi reuelari: cui associaretur i celis: audiuit a dño q⁹ cuidā symphoniaco qui q̄rebat sibi uictū ex arte cantādi: quē cū quesisset Pannutius & inuēisset iterrogauit quid bōi egisset in mūdo isto. Rñdit q⁹ semel cū eēt latro: & q̄dam mulier fuisset rapta quā socij eius uolebāt opprimē: ipe defēdit eā & liberauit eā de mānibus eoꝝ. Et alia uice cū inuenisset p heremuz discurrentē: & lamentātē quandā mulierē eo q⁹ marit⁹ eius & filij tenerētur ex debits captiu ipse errantem reddit & refectionē dedit: & .xxx. solidos q̄b⁹ redimēt maritū & filios. Cū aūt Pannutius hortaret eū ad desēdū mūdū acquieuit: & factus iligiosus sācte vixit & obijt. Item post hoc rogauit Pānutius cui silis hētur scōrū: & fuit ei dictum q⁹ similis erat ꝓmario cuiusdā uici qui erat i ꝓximo: & cū uenisset Pānutius ad eū & diligēter inq̄ siuisset de uita eius dixit se eē cōiugatū & uxorez nō cognoscē nisi cā ꝓlis: nō raptorē: nō ledētez p famulos suos: greges vel fruges alioꝝ: litet sedantem: & hospitalē: qui demuz hortatu Pānutij intrauit heremū: & sācte uitā finiuit. Jteꝝ tertio orauit Pānutius cui assilaret i sctis. Et rñsū fuit: q⁹ cuidā mercatori q̄ iuste lucrās paupibus sbueniebat: & hortatu eius oibus paupibus elargitis intrās heremū sācte decessit: postmodū reuelatū ē ei q⁹ assūendus eēt in celo. Et ne i supbiā eleuaꝛ tur: ꝓpterea prius illa sibi oīa sūt. Ecōtra legit i uitis patꝝ de quodā religioso solitario qui erat tante opinionis i populo: vt estiaret patria illa cō seruari meritis suis: & tñ in mortē fuit aia eius ui olēter a demōibus de corpore educta: & ad infernum delata: q⁹ fuerat ipocrita & supb⁹. Quāuis

ät religiosus nō debeat despicere secularē uitam vel abhorrere cōsortiū cum expedit: nō tamē debet extra necessitatē multū secularibus familiaꝛ existere vel cōuersari: quia nimia familiaritas cō temptū parit ait Sene. & quies ēt mentis resoluitur ex hoc ut dixit Antonius. ¶ Secundo superbiūt religiosi aliquādo ex sua religione & patrib⁹ se iactātes: alijs oīb⁹ ꝓferētes statū suū: q̄nimmo & alios despicientes: & multa mēdacia figentes ad exaltandū suam religionē: & alias deprimendus Et monachi quidē gloriantur se habere patrem benedictū ꝓtem omniū religiosoꝝ in occidente: multosq; sāctos ac sūmos pōtifices ex mōachis extitisse: vt Gregoriū magnū: Eugeniū: Urbanū & multos alios q; doctores optimāq; partem elegisse: ut. s. cū Maria sedeant secus pedes domini ad audiendum uerbum illius: & contēplandum: sed vtinam tales vt bōa Martha satagerent circa frequēs ministeriū dñi: & non ocio torperent: & ignauia: neq;. n. quis ualet eē bon⁹ israelita. i. uidens deū per contemplationem: nisi prius fuerit iacobita. i. supplantator uitioꝝ: supator passionum. Unde in figuram dictum fuit Exo. xix. Bestia que tetigerit montem. s. contemplationis lapidabitur. s. erroribus percutietur: quia animal homo. i. passionibus subditus non percipit ea: q̄ dei sunt. i. Lorin. ij. c. Predicatores uero & miores & augustinenses iactāt se uxores habere similiter Liam secundam & Rachelem perpulchram ūmi xtaq; ex actiōe predicationis & doctrine: & contēplatione oīonis & meditationis Christum imitari cum apostolis eius: sicq; ceteros expellere. Et predicatores quidem Dominicū ꝙsi domino Jesu simillimum super ceteros predicant. Miores seraphicum Franciscum extollunt sedem Luciferi amissā replentē. Mentiuntur equidem ipsum omni anno purgatorium expoliare suis deuot⁹. Augustinum summe uenerantur heremitani vt gemmam doctoꝝ inducentes euz habitu suo. Canonici etiam regulares & seruite. Nam carmelite a monte carmelo sub Helia initium habuisse suspicantur ptē regule Basilij suscipientes. Sed attēdant oēs quod Petrus dixit Act⁹. x. In veritate cōperi q̄m non ē acceptor psonarū deus: sed i oi gēte qui timet deū acceptus ē illi. Recogitēt illud Iero. Nō sūt filij scoꝝ qui tenēt loca eoꝝ sz q̄ exercēt opa eoꝝ: dis. xl. c. Non est facile. Notent dictum Grego. Nō loca uel ordines nos creatori nostro reddūt acceptos: sz nos aut merita nostra cōiungunt: aut mala disiungunt: dis. xl. c. Non loca. Quanto quis habuerit nobiliorem patrem & perfectiorez statum: & degeneret: tāto sibi maior confusio & iudicium. Ita ergo quis sat ficiatur ad pces suos & religionē q⁹ alios nō cōtēnat: vel alijs se preferat. ¶ Tertio superbiunt aliqui religiosi in eo q⁹ se sapientes estimātes sēsu

ſuo ſe regē uolūt ⁊ ſequi ꝓpriā volūtatem: Ber. Supbia quāta uis prudēs uideat dimittēda eſt: ⁊ abigēda. Si enī admittitur ſupbus pria die: q̄ icipit habitare vult leges dare: ꝓuer. xxvj. Uidi ſti hoiem ſapientē ſibi uideri: magis illo ſpez habebit ſtultus. Tales nolūt facere: quod eis dicit: ēt ſi ꝑ⁹ hēbant uolūtatē faciēdi illud ꝑmaxime hoc ē reꝑhēſibile ⁊ piculoſū in nouellis in religione. Unde Ber. Nouitū prudentē inſipiēter ſapientē in cella diu poſſe cōſiſtere ꝑſibile ē. Stultus fiat vt ſit ſapiens: ⁊ hoc ſit oīs diſcretio eius: vt in hoc nulla ſit ei diſcretio: ꝟ oīs eius ſapiētia vt in hac ꝑte nulla ſit hic ꝓpria uolūtas: vt dicit be. Benedictus in regula. Eſt illa uia: de qua dī ꝓuer. xiij. Eſt uia que uidet hoī ɼecta ⁊ nouiſſima eius ducunt ad morrē. Hec figurat ꝑ arborē ſcie boni ⁊ mali in paradiſo uoluptatis. i. religionis: cuius fructū interdictuz a dño qui cōdit. ſ. ſeqn̄do ſuū uelle: quod nō debz hīe mortez aīe incurrit: Geñ. iij. Narrat Grego. in. ij. dialogoꝝ de beato Benedicto: q̄ cū cellerarius nō dediſſet panz olei quod erat in mōaſterio paupi vt mādauēat ductus cōpaſſione fratꝝ ne ipſi eo carerēt: precepit vt uas illud cū oleo ꝓjceret extra feneſtram: de ſūmo in terrā ne remaneret aliq̄d contra obedientiam i mōaſterio. Quarto ſupbia religioſoꝝ ē coꝝ qui in claustro ſupbiūt de diuitijs: q̄s habuerūt in ſeculo: vel nobilitate generis: vel de bis q̄ ſtrenue geſſerūt in ſeculo: aut q̄ multa ōderint mōaſterio: vel q̄z multa acquirāt: q̄ſi oēs ſit ſibi obligati: ⁊ dēant eī reuereri. vñ Aug. in īgula. Nec extollātur ſi cōi uite aliquid ō ſuis facultatibus cōtulerūt: nec de ſuis diuitijs magis ſupbiant ſi eas in mōaſterio partiūtur: q̄ ſi eis in ſeculo fruerentur. Quid. n. ꝓdeſt diſpergendo dare paupibus ſi aīa misera ſupbior efficit: diuitias cōtēnendo q̄ fuerat poſſidēdo. Sed certe de bis ſupbire non hz: q̄z bōa q̄ ſua dicebat ſua ñ erant vnde Dauid paralip. dicebat dño. Tua ſunt oīa dñe: ⁊ q̄ de mānu tua accepim⁹ tibi dedimus. Seneca. Nibil eſt oī bonū ſine ſe bono. Ambro. q̄ñ hāc igreſſus es lucē: q̄ñ de vētre matris exiſti: quibus q̄ſo facultatibus: q̄busq̄ ſtipēdijs coſtipatus igreſſus es: di. xlvij. Sicut hi: ⁊ ex hoc uidet eis ad placitū poſſe ſibi aliqua retiere. ſed accidit eis ſpūaliter quod accidit Ananie ⁊ Saphire cōporaliter qui retinentes ſibi aliquid ex ſuis occulte mortui ſūt: Act. v.

In clericis ſimili §. II.

Inter ſupbia repitur: de quib⁹ pōt illud ps. lxxij. intelligi. In labore hoīm nō ſūt: q̄z nō habēt artes facē: ⁊ cū hoibus nō flagellabūtur: quia nō uexātur i poſitiōibus ⁊ fuitutibus hoīm. ſ. dñoruz et cōitatū ſecūdū iura: ſecus ē de facto. Ideo tenuit eos ſupbia. Et hoc q̄druꝓciter. Prio in ſuper fluo ornatu veſtiū. Amictus hoīs enunciat ō homine: Eccl. xix. quia ſupbus hitus ſupbū animū iudicat. Baſilius. Oīs ornatus ꝓter neceſſitatez .i. cogruitatē: elatiōis habet calūniā. vnde ō Auguſtio legit q̄ dicere ſolit⁹ erat: fateoꝝ de preciosa veſte erubeſco: ⁊ iō cum mihi offertur vēdo eam vt cū ipſa cōis eē nō poſſit: ꝓcium ſit commune. Hic ⁊ Ber. ad Eugeniū papā ait. Tu paſtor ice dis deauratus tā multa circūdatus varietate. O ues quid capiūt. Si auderē dicē demonū magis ꝟ paſcua q̄ ouium ſūt hec. Sic faciebat Petrus Sic Paulus ludebat: Petrus neſcit proceſſiſſe aliquādo vel gēmis ornatus: vel ſericis nō tectus auro: nec vectus equo albo: nec ſtipatus milite: nec circūſtrepētibus ſeptus miſtris: abſq̄ hoc tñ credit ſatis poſſe impleri ſalutare mādatum: paſce oues meas. Sacerdotes eius īquit dē ꝑ pſal. ixi. iduātur iuſticiam: ⁊ iterū. Sacerdotes eius induant ſalutari. i. ſaluatore: videlz ornādo eos cō uerſatiōe Chriſti qui fuit hūilis ī veſtitu: ⁊ in oībus actibus ſuis. Solēt aūt ſe quidā excuſare triplicit: videlz quia oīs ituet cor ⁊ hūilitatē coꝝdis reſpicit: ⁊ magiſtrū humilitatis iteriorus ſe fatet: dicēs Mathei. xi. Diſcite a me q̄z mitis ſū ⁊ hūil corde. Secūdo quia dēt quiſq̄ ſe cōformare moribus eoꝝ cuz q̄b⁹ uiuit: vt dicit dis. xli. Quiſq̄ſ. Tertio: q̄ ex hoc honor eccle querit.

Quātū ad primū reſpōderi pōt: q̄ a corde uere hūli exteriorꝝ ſupbia nō procedit. Ex fructu iq̄t ſaluatorꝝ cognoſcit arborꝝ: Matth. vij. ꝓterea non uidet ſufficē clericis. vel alijs hūilitas ſola iteriot exteriori omiſſa: philip. iij. apoſtol⁹. Modeſtia uestra nota ſit oibus hoibus. Reꝑhēdit idē apoſtolus comedentē idolotitū: ⁊ſi nō in uenerationē idoli corā ifirmis mēte. i. Corin. viij. ⁊ ad Ro. xi iij. ex eo videlz q̄ ſcādalizat ifirmū cū ille eſtimet ſapiētē hoc facē in veneratiōnē idoli. vñ ad ſimilia trahit ꝑ exēplū. Sic populus uidens clericos ōferē pōpoſas ueſtes cogitat coſ ex ſupbia ⁊ iani gloria agere: vel ī huiuſ. nō eē peccatū. Preterea Chriſtus nō ſolū hūilitatez habuit iterius: ſed ēt exteriorē exhibuit: vt i ablutiōe pedū diſcipulorū ⁊ alijs multis ī exēplū. Ex eo autē q̄ dixit. Diſcite a me ⁊c. voluit oīndē hūilitatē cordis nccriā q̄z ſine ea nil ualeret exterior: quā ꝓtendunt ypocrite: nō per hoc excludendo exteriorē. Itē ab oī ſpē mali abſtiete uos ait apoſtolus: q̄ō ꝓmaxime debēt ſeruare clerici: vt extra de vi. ⁊ hone. cleri. Cū ab oī. Sed portare veſtes pōpoſas habz ſpēz mali ſuperbie: ergo abſtinere debēt ab huiuſmodi. Ad ſecundum reſpondet q̄ quis debz conformare ſe moribus eoꝝ cū quibus uiuit quādo tales mores ſūt. i. actus morigerati et honeſti: et hi ꝓprie dicūtur mores: ñ aūt quādo ſunt abuſiones. vñ ⁊ Aug. dicit. Quod nec contra fidem nec contra bonos mores eē conuincitur: indrñt

pz.

ꝑ ſupbia diuorū ā ḡdine.

habēdū est: ⁊ ꝑ eoꝝ: inter quos viuit societate ꝑ uandū est dis. xij. Illa. Nō dicit simplr mores: sz bonos mores. Sed quomō possūt dici boni mo res qui a iure repbātur: ⁊ a sāctis uerbo ⁊ exem plo. Dicit. n. dis. xli. Clericus ꝓfessionē in habitu ⁊ icessu ꝓbet. Et iō nec i vestibus nec in calceam tis decorē querat. Insup ꝯclusio totius. iij. q. xxi. cause hec est: q clerici nec fulgidis nec claris uesti bus debēt ornari: ⁊ in plurib⁹. c. dicte q̄stiōis dī: q priscis tēporib⁹ dis sacratus uir cum mediocri aut vili veste cōuersabatur. Audierāt enī quia q̄ mollibus uestiūtur i domibus regū sūt: Math. xj. Hlo. tamē sūmaria dicit ibi reprehendi iactātiā ⁊ abusū ⁊ voluptatē i h⁹. nō ipsū usū ꝑciosarum vestiū q̄ pōt fieri secūdū consuetudinē regiōis: ve rū quia in his cōiter repit ⁊ iactātia: ⁊ voluptas ⁊ supbia ⁊ ꝓdigalitas: ⁊ scandalū ꝓmoꝝ videt simpliciter ĩherēdū littere cū sācti hoc dixerint: ⁊ seruauerit. Nec p huius. apparatū honorat ec clesia vt tāgebatur in tertia excusatōe: sed potius dehōratur. Uerus. n. eius hōr ꝓcurat p uirtutez mīstroꝝ suorū: ⁊ ꝑcipue p actuz hūlitatis ⁊ mo destie: qō itelligētes sācti egerūt: vt Aug. Marti nus ⁊ alij. Uñ Grego. Nihil in ep̄ali ceruice splē didius fulget q̄ hūilitas: dis. ioo. c. ꝓtra morem.

que exercet p curam. Preterea di.lj.c. Qui i ali quo crimie: ponit cõsiliũ Tolletanũ plura vitia z impedimẽta canonica a quib⁹ debet eẽ ĩmunis p mouẽdus i ẽpatu. Et inter ceta hoc ponit. Qui ambitu honorez querũt: ꝓcludẽs q ordinator eo rũ qui habẽt talia vitia oz puniri cuz ordinatis: qõ nõ esset nisi mortale eẽt ergo zc. Preterea abuti re ex quo abusu vsimilit põt sequi piculum salu tis aiarũ videt esse mortale q: ꝓtra charitatẽ. Sz hi⁹. qrere vel appetere modo dico ẽ abuti illa re. s. dignitatis: vel bñficij: q: illa pncipaliter sũt ordi nata ad ꝓcurãdum salutẽ aiaz nõ ad tpalia. Et ex hoc abusu vsimilit sequit piclitatõ aiarũ z iõ videtur eẽ mortale. Nã ne displiceat subditis vel dñis tpalibus z p ꝓñs amittãt talia bñficia vl ꝓsequatur alia icõmoda mũdi nõ curabit de correc tione subditorũ vel admonitione eoz: vl subtrac tione sacramẽtorũ cũ expediret. Talis vt merce narius cũ viderit lupũ ĩuadentẽ gregez fugiet ta cendo z lupus rapiet z disperget oues: vt dicitur Joh̃. x. Et hoc ẽ infatuatũ fm Aug̃. s. cũ querũt tpalia in cura populoz pncipaliter: qõ ad nihilũ valet nisi vt mittatur foras z ꝓculcetur ab homi nib⁹: vt habet Math̃. v. ergo zc. Preterea i repẽ tinis homo opat scõm finem pstitutũ z abitum pconceptũ. Tali aũt frequẽter occurrũt ea q̃bus repẽte oportet ꝓuidere i foro ꝓscientie rõne cure: cum aũt finis pstitut⁹ in eo sit tpalitas: z in eo sit habituat⁹: fm illud iudicabit: z male: z sic expõit se piculis pccoz mortaliũ. Preterea cuz quis pci pua opa spũalia ordinat ad tpalem vtilitatem: vi detur cõiter ibi cõstituere finẽ z p ꝓñs ẽ mortale: quia auertit ab icõmutabili bono z cõuertit ad cõmutabile bonũ sic cũ q̃s opa ỏ genere bonorũ cõiter vt ieiunia: eccl̃ias: z hi⁹. facit ad hũc finem pncipaliter vt laudet ab hoibus. Sed h talis face re videt. Nam q̃ maxie sũt spũalia. s. exercere cu ram: intẽdit z ordinat ad honorẽ z diuitias: ergo pstituit ibi finẽ: z per ꝓñs peccat mortaliter. Ad quod facit qõ ait Aug⁹. ad Ualeriũ: videlicet: q nihil i hoc mũdo tristius miserabili⁹ z dãnabili⁹ epi vel pbyteri vel diaconi dignitate si pfuctorie i. negligẽt z adulatorie res agat di. xl. Ante oia pdicti oẽs tũc ponebãtur in cura vl adiutorio cu re vt diaconi z cũ tpalitas querit pncipaliter pfuc torie: z adulatorie agitur cura: g̃ zc. Mlto magis scõm oẽs peccat mortaliter qui idignus vl ppt igno rantiam crassã vel ppter malã vitam vel ppter i pedimẽtũ aliqõ canonicum vt etatis vel irregula ritatis z hi⁹. appetit uel querit talia. Talis. n. fac ꝓtra iura diuina z canonica. Facit. n. ꝓtra regulã apostolicã. i. Timoth. iij. Oportet epm eẽ irrepre hensibilẽ zc. q̃ regula extendit ad oẽs pmouẽdos pcipue ad curã vt dicit dis. lxxxj. c. Apls. Et in fi gurã Leuit. xxj. preceptuz fuit homo qui hz ma culam nõ offerat panem deo suo: nec accedat ad ministeriũ ei⁹. Et ille macule significant peccata mortalia: vt exponit Greg⁹. dis. xlix. c. Hinc zeniz a q̃bus maculis debẽt eẽ liberi pmouendi q̃bus maculis pleni sũt tales qui appetũt z querũt hi⁹. pmotiões. Ad hoc etiã facit quod habetur extra de elec. c. cum in cũctis.

Sed quid de offici .§. V

ꝓ dignitate seculi nec et officia querẽ mal⁹ est.

is z dignitatib⁹ secularib⁹ si appetantur z petant z procurentur per preces z obsequia: vt officium potestatis: senatoris: capitanei: vexilliferi: priorat⁹ ciuitatis: z alijs hi⁹. nunquid est peccatum? Rñd. q si quis hi⁹. appetat: vel querat magis curans de honore z lucro q̃ de iusticia seruanda: vnde z paratus seruire amicis in licitis z in illicitis: z lu crari p fas z nefas z deuiare a iure ne displiceat magnis: nec punire crimina vt debet: vtiq; mor taliter peccat faciens contra illud Sap̃. i. Diligite iusticiam qui iudicatis terram. Similiter si igno rat eam que spectant ad executionem debitaz dic ti officij: nec iuuari per alium potest vt per assessorem. In laicis. n. intolerabilis videtur ignoran tia dicit Leo papa dis. xxxviij. c. Si in laicis z lo quitur ỏ rectoribus. Similiter si paratus est se in tromittere de his ad que sua potestas non se ex tendit quãuis ibi consueuit fieri: puta si laicus ue lit de clericis iudicare uel de ecclesiasticis dispõẽ quod eis prohibetur dis. nonogesimasexta p to tum. Si autez intendit seruare in omnibus z iu sticiam admistrare in agendis: saltem per practi cam cõpetẽter edoctus: z in dubijs intendens ꝓsi lia q̃rere: illa tamen querit z propter hõrem mũ di: z ne despicabilis habeatur non participando officia ciuitatis vt ceteri: vel vt inde lucrum con sequatur quo se et familiam valeat sustentare: et hoc per salarium deputatum: et alia consueta vt de penis pecuniarijs et litigijs nil extorquen do a subditis vltra constitutum scilicet apporta tionem lignorum z victualiuz et huiusmodi: hu mana tentatio est: non tamen condemnandus. Et multo magis cum ista querunt ne priuati his conculcentur a ceteris: z imponantur ei onera grauia z importabilia. Siquis autem hoc fa ceret ad obuiandum malis zelo iusticie deum nõ hoies timens: quis est hic z laudabimus eũ? Tu tius tamen esset extra huius. eẽ: quia difficile est ĩ h⁹. officijs que ibi ꝓponuntur malis multis resi stere: z opponere se torrenti: ad quod tñ tenetur q̃tum in eo est: quia vt dicit Jnno. Nõ caret scru pulo societatis occulte qui manifesto crimini desi nit obuiare di. lxxxiij. Error. Ad mentem etiam reducendum quia iudicium durissimum fiet his qui presunt: vt Sap̃. vj. dicitur. Qui autem sũt male vite periculose se ingerunt ad talia et mul to magis qui etiam male fame. Difficile est enim ut habituati in malis non deficiant in multis.

Unde ꝛ Leo papa dicit ꝙ ad honores mūdi siue suffragio tpis siue merito laboris idignū est pue niri. Et notari ābitus solent. i. ābitionis vitio ꝙs ꝓbitatis documēta ñ adiuuāt dis. lxj. Miramur Dicit. n. Zosim⁹ papa. Officia secularia ꝓncipa lem locū nō vestibulū actionis ingressis. i. nouis in hi⁹. sed pſingulos gradus examinaris deferūt. di. lix. Si off cia. Et licz mali iuste iudicarēt hoc tñ est scādalum plis: vñ Ambro. Judicet iste ò al terius errore ꝙ nō habet qò i se ipo ꝯdemnet. Ju dicet ille ꝙ nō agit eadem. iij. q. vij. Judicet ꝛ per toram questionem illam.

De magisterio in theo

logia vtrū licz appetere petē ꝛ ꝓcurare. Et vide tur ꝙ nō: qz xps dixit Math. xxiij. Nec vocemi ni mgi: qz magister vester vnus ē xps. Et Jac. iij. dicit. Nolite plures mgi fieri ꝛc. In ꝓtrariū ē ꝙa nullo iure ꝓhibetur: ꝛ nullam curā habet anne xam vñ sit periculū. Rñd. hanc qstionē formal. b. Tho. i quolibet sub alijs vbis vz vtrum liceat alicui ꝓ se ipo petere licētiam docēdi i theologia Et rñdet ꝙ sic. Et ratio ē qz nullam petit excellē tiam ptātis qò turpe esset: sed petit solū opportu nitatē cōicandi id qò habet cōicare. Cōicare autē scīam quā quis habet landablē ē: ꝛ ad charitatē ptinens: ſm illud Sap. vij. Quā sine fictiōe didi ci: ꝛ sine ūuidia cōico: Et. i. Pet. iij. Unusquiqꝫ ꝓ ut accepit gīam in alterutrū illam admīstrantes. Potest tñ turpitudinē ꝓtinere rōne ꝓsumptionis vt si ille qui nō esset idone⁹ peteret officiū docēdi hec ille. Ex his igit duo ꝓsupponūt ad hoc vt sit licitum. Primuz ꝙ sit idoneus ad docenduz. Se cūdum quod intēdat nō excellentiam ꝓncipalit sed cōicare doctrinam. Si ergo aliquod horum defuerit nō licitum sed peccatum erit ꝓ argumē tum a cōtrarijs: vt dis. xxv. Qualis. Si ergo non sit idoneus nec etiam cōpetenter: ꝓsumptuosus erit ꝛ vī esse mortale: quia cōtra intētiōem ordia tionis ecclesie. Ab ecclesia. n. creditur institutum tale officiū magisterij: vt extra de magistris: ꝓ. to. ꝛ ad defensionem ꝛ declarationem catholice doc trine vt sciant hoies ad quos in dubijs de iure de beant habere recursum ꝛ vt doctrina catholica publice doceatur. Et ꝙ sit intentionis ecclie ꝙ nō admitatur ad tale magisteriū nō idoneus: patet ex hoc: quia iurant cōiter magistrandi ꝙ non ad mittent ineptos ad illud. Juramētum autez non exigitur extra ordinationem ecclesie nisi i arduis que vult omnino seruari: qò videtur in hi⁹. eē ve rum. Nā ex contrario sequitur derisio catholice doctrine ꝛ periculum aiarum. Naz simplices au dito nomine magistri ad illum accedent ꝓ con silio in dubijs conscientie vl ꝓ declaratione scrip ture: super quo quesitus erubescens tacē ne igna rus videatur: respondebit scōm ignorantiaz suaz vnde ꝛ Jnno. dicit. Miseruz est eum fieri mgm qui nūq̄ fuit discipulus dis. lxj. Et Zosimus papa Quis tā arrogās tam impudēs ūenit qui i cele sti militia q̄ ꝓ pēsius pōderāda est: ꝛ sicut auꝛ repetitis ignib⁹ explicanda ē: statim ouꝛ esse desi derat: cum tyro añ nō fuerit. Prius velit docere ꝙ discē di. lix. Si officia merito aūt pōt dici hi⁹. magisteriū militia: qz docēdo ꝛ disputādo debēt vsq̄ ad mortē ꝓ veritate certare accidit autez de hi⁹. ipitis magistris qò dicit Leo papa: videlicet ꝙ magii existūt erroris: qui vitatis discipuli non fuerūt. xxiij. q. iij. Quid aūt. Nō videtur igitur talis dānationē euadere qui manifeste ieptus et i sufficiēs illud querit ꝛ appetit: nec eos qui illum admittūt cū periuri ūeniant. Quāta aūt scia re quirat ad hoc vt possit idone⁹ iudicari arbitrio ipoꝝ pitorum relinquat. Si aūt idone⁹ quo ad scīam existat: sed hoc querat nō ad cōicandū scīē tiam sed ꝓncipaliter ad honorē sui ꝛ nō dei: ꝛ ma gis ad tpalia acquirēdum ꝛ exēptiones hūdas ꝛ libertatē: videt etiam grauit̄ ꝛ mortaliter peccare quia officium spūale facit venale. Ad quod opti me facit qò dicit Beda. vz. Uenditores columba rum sūt hi etiam q̄ gradum vel gratiā in ecclesia spūalē quam dño largiēte pceperūt nō simplici i tentiōe sed cuiuslibet hūane causa retribuutionis exercēt cōtra illud Pet̄ apostoli. Qui loquitur quasi sermones dei ꝛ q̄ ministrat tanq̄ ex virtute quam administrat deus ei vt in omnibus hono rificetur deus. Quicunq̄ ergo tales sunt si venīē te dño nolunt de ecclesia auferri auferant ista de actibus suis. i. q. iij. c. Non solum. Non auferetur aūt ꝙs de ecclesia nisi ꝓ mortali ergo ꝛc. exquo intendunt talem gradum ꝓpter tempozalia ex ercere. Et pertinere videtur hi⁹. vitium ad am bitionem ꝛ cupiditatem que maxime debent eē remota a clericis: ꝛ multo magis a religiosis: vnō Symacus papa. Nullus per ambitōnem ad ho norem permittatur accedere. Nam cuz hic exces sus in laica cōuersatione culpetur: quis dubitat quin in religiosis ꝛ deo seruientibus inūiciat ob ꝓ briū. i. q. i. Nullus. Unō ꝛ saluator dure ūcbit contra scribas ꝛ phariseos de hoc inter cetera ꝙ amant vocari ab hominibus rabbi quod interꝓ tatur magister Math. xxiij. ꝛ non videtur veri si militer hoc egisse de venialibus culpis. Ceterum attenta ābitione moderni tpis qua oēs currūt ad magisteriū: docti piter ꝛ indocti: ꝛ nō recta in tentione: credo laudabilius fore hi⁹. fugē qui doc ti sūt ad sufficiētiam: ꝛ abstinere ꝙ querē: ad re ꝓmēdā temeritatē eoꝝ qui ꝓ fas ꝛ nefas ad talez gradū ascēdūt ꝛ tollēdū subtfugiū excusatōis eo rū: cū uiderent probos talia querere: sicut plures fecerūt vita ꝛ scientia clari. Et hoc nisi obediēta eos cogat: tunc enim cum Jeremia. i. se excusante demum parendū est. viij. q. i. Jn scripturis: vt. b.

¶ ambitionis vitium repiri circa exteriorē ornatū.

Capitulum Sextum.

Tho. fecisse legitur. Ad argumēta rñdet: prohibuit xp̄s aliquē vocari mgīm in ea intētione ne quis estimaret illuminatiōez mētis quā quis percipit ex doctrina mgīi: ipi magistro pncipaliter attribuere cuz ipse xp̄s solus deb̄ sit magister q̄ illuminat oēm homiez venientem i hūc mundum. Joh. p̄mo. i. sic quo nullo illuminat. Ad illud Jac. rñdetur q̄ intelligit de his qui ex ambitione hoc querūt z p̄sūptiōe. Unde ibi glo. Nisi discreti z i scripturis docti.

Sciēdū ēt uitium. §. VII

ambitiōis repiri circa exteriorē cultū. s. ornat⁹ cōpositz apparatus. Un̄ dicitur Act. xxv. q̄ agrippa z Beronice cū ambitiōe multa. i. apparatu introierūt i pretoriū. Et scdo Esdre. xvj. dicitur q̄ super corpus Assar īgis iuda mortui obtulerunt aromata z vnguenta ābitione nimia. Sed vt dicē Tho. se. se. q. cxxx. arti. ij. hoc nō est nisi scdm q̄ cultus exterior pertinet ad honorem. Presūptuosus. n. ambitiosus z arrogans: p̄mo q̄dem ignorāt se ipos i q̄tū dignificāt se bōis pl⁹ q̄ sint digni. Secūdo sūt insipientes vel presumentes in quātū conāt ad honorabiliora z alta que sūt supra ipsos. Tertio idebite vtūtur eis. Demuz q̄n nō possunt placere redarguūt z ab aliis z a ppria conscientia. Et cum nō possūt hīe honorem in virtutib⁹ z in magnis facti: volūt hōrari p fortunas. Unde ornant se vestib⁹ z ponūt figuras corporis sui vt ō cētes videant: z volūt q̄ bone fortune eoruz sicut diuitie z hi⁹. sint manifeste aliis: vnde z ipsi dicūt z narrāt fortunas suas vt inde honorent. Nō tñ ambitio ē circa exteriorem ornatū vel fortunam nisi fm q̄ pertinet hoc ad honorem Tho. z Al. in cōment. super lib. ethicoz.

Caplm sextum de presumptione.

Resumptio sumitur

multipliciter. Aliquādo. n. ponitur p̄ pbatione semiplena in iure: z sic dicitur i regla iuris: q̄ semel malus semp̄ p̄sumit malus: de re. iur. in. vj. cū suis concordātijs. Aliqñ sumit p quadā bona confidētia: z sic accipit Judith. vj. Bñdictus es dñe q̄ nō derelicis p̄sumētes de te. Et di. iiij. c. Denicz: dicit Greg⁹. q̄ mulier q̄ fluxum sāguinis patiebat xp̄m p̄sumpsit tāgere. i. deuote cōfidit ppter sanitatē hīdam. Aliqñ sūit pro vna ex spēbus blasphemie i spm̄ sanctuz q̄ quis idebite sperat dei miam cōsequi p manēdo in peccatis. Aliqñ sumit put opponitur magnanimitati: z est spēs superbie: z de hac aliis modis acceptiōis omissis nūc h agitur. Et potest describi sic: q̄ presumptio est vitium quo quis aggreditur vl̄ exequitur ea que supra facultatē suā

¶ presumptio multi sumitur.

sūt z p̄ditionē. Pro cuius declaratiōe sciendū est q̄ magnanimitas ē vtus moralis tendens ad magna opera z magnos hōres sed fm rōem z scdm vtutem suaz z dignitatē: huic aūt vtuti opponit aliquod vitiū fm defectū z aliquod fm excessuz: sicut z i aliis vtutibus moralib⁹. Et fm defectum q̄dez opponit vitiū pusillanimitatis: q̄ quis retrahit se ab his bonis q̄bus ē dignus vl̄ apt⁹: duz. s. nō conat ad opāduz ea q̄ sibi p̄pterēt fm statum suū: z hoc p̄hibet Eccl. vij. Noli ē pusillanimis i aio tuo. Sed p excessū opponit magnanimitati p̄sumptio z ābitio: sed diuersis mōis. Nec ē cōueniens vni vtuti oppōi plura vitia fm diuersos respectus. Uitium. n. ambitiōnis opponit magnanimitati i q̄tuz inordinate tendit ad magnos honores z indebite vtit eis: q: nec ad debitū finem nec debito mō. Sed magnanimitas tēdit ad illa ordinate z debito mō. Uituz aūt p̄sūptionis attētat magnū opus excedēs tñ suā facultatez. Hūc Ar⁹. ventosū vocat secūdo z q̄rto ethicoz. Sed magnanimitas aggredit opus sibi p̄portionatuz Qz aūt aliqs attētet opus facē suā facultatez excedēs vitiosum ē pecm: q̄ i p̄tra ordinē nāle exīs qđ facit p̄sūptuosus Tho. se. se. q. cxxx. Et de hoc Judith. vj. De se z de sua vtute presumentes humiliasti scliciet tu deus.

Circa hoc tamē tria. §. I

nōnda ē. Primum est q̄ sicut excedens in statu etatis imperfecte. s. puerilis presumptuosus esset si attentaret facere ea que ad statum perfecte etatis. s. virilis pertinēt vt itinerādo facere magnaz dietam portando maximum pondus faciendo p̄monem ad populum: z hi⁹. Non autem esset presumptuosus si ad hoc tendat puer vt ad opera etatis perfecte proficiat: puta si ambulet per aliqđ miliare: si portet puū pōdus: si aliquid mentiri recitet coram aliquibus z hi⁹. Sic excedens in statu virtutis imperfecte esset presūptuos⁹ si statī attentaret facere ea que sunt virtutis perfecte: vt exponeī se operi vbi esset periculum martyrij: vl̄ tradere se vite contemplatiue: vel exponere se aliorum regimini: vel facere excessiuas penitentias z hi⁹. non autem esset presumptuosus si ad hoc tendat vt in virtutem perfectaz proficiat: vt faciebat apostolus ad Phil. iij. Que retro sum oblit⁹ in anteriora me extendens ad brauiuz sequor superne vocationis quasi per continuū profectum Nemo. n. repente fit summus: sed a minimis q̄sq̄z inchoat vt ad maiora perueniat: dicit Gratian⁹ de peni. di. ij. Dum scām.

Secundo notādū ē. §. II

q̄ si homo vult se trahere z conuertere ad diuina per orationē cōtemplationē z hi⁹. vniendo se eis per intellectum z volūtatem q̄uis dīna sit supra

hoiem nō tñ dicetur p̄sūptuosus si debito mō. i. ſm capacitatem ſuā ſe applicet eis: ⁊ rō eſt quia i homine ſūt quedā potētie naturales: vt intellect⁹ ⁊ volūtas per quas potest homo cōungi īmortalibus et diuinis. Eſſet aūt p̄sūptuosus ſi intellectum applicaret ad ea que ſūt ſupra capacitatem ſuā ad apprehendēdum: propter quod dicit Ec cl. iij. Altiora te ne quieseris: ⁊ fortiora te ne scrutatus fueris.

Tertio notanduz est q̄

ſi quis intendat aliquod virtuosum opus facere virtute ſua excedēs facultatem ſuaz: talis dicitur ventosus ⁊ p̄sumptuosus. Et hoc modo nō ſumus ſufficiētes cogitare aliquid boni vl̄ facere ex nobis: vt dicit. ij. Cor. iij. i. virtute p̄pria. Sed ſi aliquis attētat aliq̄ magnū opus facere nō ex ſe: ſed virtute diuini auxilij: hoc iam nō erit p̄sūptuosum: cuius rō eſt: q̄ magnū opus de ſe cum fiducia diuini auxilij facultatem nām nō excedit Tho. ſe. ſe. q. 130. quod intelligo cū illud eſt ſibi ꝓportionatum ſm cōditionē ſuā p̄ſuppoſito auxilio cōi gratie. Nam ſi quis attentaret facere miracula: aut p̄dicare idoctus ſub fiducia diuini auxilij magna p̄ſūptio eſſet. Sed attentando celebrationē: religioſis igreſſuz regimē ipoſitū ⁊ huiⁿ cum debitis circūſtantijſ: hec cum diuino auxilio fiunt ⁊ſi non ꝓpria vtute: vñ nō eſſet p̄ſūptio.

ꝼ Sinar p̄ſūptionē et pusillanimitē. q̄ sit grauius pctm.

Si queratur q̄ ſit grauius peccatū p̄ſūptio aut puſillanimitas ſibi ꝯria:

Rñ. iſta pñt ꝓſiderari triplicit. ſ. ſecūdū ſuā ſpēm ſecūdū ſuā radicē. ⁊ ſecūdū effectū inde ſequētē. Scōm p̄mā ꝓſiderationē ſic puſillanimitas ē deterius ⁊ freqēti⁹: deteri⁹ quidē ē ⁊ grauⁱ⁹ peccatū eo q̄ per puſillanimitatē hō recedit a bonis q̄ eſt peſſimū: vt dī. quarto ethicoꝝ: p̄ſūptuoſus aūt hz actuz ſimiliorē actui magnanimi in q̄tuz conatur i magnū. Et iō puſillanimitas magis opponitur magnanimitati q̄ p̄ſumptō: vñ ⁊ grauⁱ⁹ peccatū eſt. Eſt ēt frequētius peccatū puſillanimitaſ. Manifeſtū eſt. n. q̄ pluries accidit eē puſillāmeſ aliquos: q̄. ſ. omittunt facere bonū q̄ p̄nt q̄ qui ſe extēdant ad faciēduz bonū q̄ non p̄nt: ⁊ iō frequētius: ſecūdū hoc igit. b. Tho. dic puſillanimitatē ſimplr eē maⁱ q̄ p̄ſumptionē. Scōm aūt ꝓſideratōem ſcōaz. ſ. q̄tum ad radicē eaꝝ tē p̄ſūptō eſt grauius q̄ puſillanimitas. Nā radix p̄ſumptionis ē ſuperbia: radix puſillanimitatis ē ignorantia ſue poſſibilitatis: ⁊ pigritia: grauⁱ⁹ aūt eſt ſuperbia q̄ pigritia: imo ſuperbia dī delictū maximuz a p̄s. xviij. ſecūduz glo. ibi: ⁊ ſecūdū cōſideratōnē hanc dī Ecc̄s. xxxvij. O p̄ſumptio nequiſſima vnde creata es? Ubi rñdet glo. q̄ de mala volūtate creature. ſ. de ſuperbia. Et Hiero. ad Paulaz ⁊ Euſtochiū. De nulla re ita irascitur deus q̄ ſi peccator p̄ſūptuoſe ſuperbiat. Secūdū tertiā cōſideratōnē videtur grauius p̄ſūtio: nam ex p̄ſumptione hoium ſequūtur inumera mala ſibi ⁊ alīs. Ponūt. n. ex ea homies ſe ad honores ⁊ dignitates ⁊ officia indigniſſimi ⁊ iperitiſſimi volunt facere multa indebite de ſenſu ſuo p̄ſumētes neq̄ homines neq̄ deū timentes: ea attentantes ſub quibus deficiūt: ⁊ alia magna ſcādala faciūt: vnde dī Sap̄. xvij. Semp p̄ſumit ſeua cōturbata ꝓſcientia. Puſillanimitas nocet ſibi priuando ſe illis bonis que facere poſſet: alios per accidens nō iuuando vt poſſet.

Extendendo huiuſmodi mām p̄ſūptionis dicit Ambro. q̄ Dauid qui dixerat p̄s. xxix. Ego dixi in abūdātia mea. i. bonoꝝ ſpūaliū: nō mouebor i eternū. ſ. recedēdo a rectitudie vite p peccatuz ſciens ſibi nocuiſſe illaz iactātiā ⁊ p̄ſūptionem: ſubdit. Auertiſti faciē tuā a me. ſ. ſubtrahēdo gratiam: ⁊ factus ſū cōturbatus in pecā varia lapſuſ. vj. q. i. imitare. In q̄bus vbis p̄s. tria oñdūtur: p̄mo ſui preſumptio: ibi. Ego dixi i abūdātia me. nō mo. in eter. Scōo dei punitio: ibi. Auertiſti faciē tuā a me. Tertio mali cōſecutio: ibi factus ſū ꝓturbatus. Loq̄t p̄ſumēs de ſe i cozde ſuo ꝓfidēs de abundātia bonoꝝ ſpūaliū ſuoꝝ: nō mouebor. ſ. recedendo a deo p pcōm in eternuz nūq̄. Sic Pe. apl̄s de ſe p̄ſumens inq̄t. Et ſi oēs ſcādalizati fuerint: ſed nō ego qui tñ ceteris deterius cecidit negās xp̄m ad vocē ancille. Math. xxvj. Sciendū tamē ē q̄ triplex ē p̄ſumptō. Pria ē p̄ſūptio ō ꝓpa iuſticia Scōa ē p̄ſumptō de ſua ſciencia. Tertia eſt preſumptio de iuſta potentia. De prima dic Hiero. preſumptio pernitioſior q̄ de propria iuſticia et ſcientia ſuperbire. Preſumit autem quis de propria iuſticia quando propter opa precedētia ſua bona multiplicia ita cōfidit de virtute ⁊ cōſtātia ſua q̄ amiſſo timore exponit ſe periculis peccatorum tanq̄ ſit certus de non peccando. Sed vt ait Leo papa in ſermone quadrageſime. Nemo de ſui cordis puritate confidat. ſ. preſumendo q̄ peruigil ille hoſtis actionibus pulſat inſidijs quoſ maxime nouit abſtinere a peccatis. Et per hunc modum diabolus aliquando decipit hominē vt cum per plura tempora non fuerint tentati vel inclinati ad aliquod genus peccati ⁊ precipue cānis: ⁊ habuerint opportunitatem peccandi: ſic reddat eos ſecuros ⁊ incautos ⁊ demum trahat ad malum. Unde legitur in vitis patrum q̄ cum quidam eſſet infirmatus grauiter ⁊ iam ſenex: ꝓpter quod erat grauis cōgregationi: petijt ille licētiam ab abbate eundi ad ciuitatez ad locum vbi ab aliqua muliere gubernaretur ⁊ non eſſet oneroſus fratribus: cui cum abbas contradiceret ne forte in fornicationem caderet ille contriſtatus

ait. Ego ſuꝫ mortuꝰ corpore: ⁊ quomō pōt iſtud mihi cōtingē: Cui ille. Etſi tu mortuus es non ē mortuꝰ diabolus tētato: qui cū iuiſſet in ciuitatē q̄dā vḡo ob deuotionē ſe obtulit ad ſeruiendū ei Et cū aliquātulū cōualuiſſet ex nimia ſūpta fāili aritate ⁊ fiducia eā cognouit: ⁊ ex ea filiū ſuſcep de quo tamē publice penituit exhortās alioſ ſui exēplo ne de ſe pſūerent. Et vē hō habet timere: ⁊ nō preſūere cōſiderata hoīm ūalitudie: ōmo nū fortitudie: ⁊ lapſoꝝ multitudine. Tāta ē im becillitas noſtra vt unū uerbū blādū uel aſperū nos flectat ad malū: ⁊ cogitāti de dīnis ſubito ſb ripiat peſſia tētatio. Niſi qꝛ dominꝰ adiuuit me ait ps. xciij. paulo minꝰ habitaſſet in iferno aīa mā Hoſtes autez tartarei ita robuſti ſūt ⁊ callidi: vt nos locuſte reputemur ⁊ ipſi gigātes reſpectu no ſtri ſicut figurate dixerūt exploratores terre pro miſſiōis de ihabitatoribꝰ eius. Lapſus inūeri: et taliū qui uidebātur ipeccabiles: vt Dauid: Salo monis: Ezechie: Joſie: ⁊ aliorū. vnde Hiero. ad Euſtochiū. Si paulus apoſtolus vas electiōis: ⁊ pparatus in euāgeliū Chriſti ob carnis aculeos: ⁊ incētiua uitioꝝ rēpmit corpus ſuuꝫ: ⁊ in ſuitu tē ſubīcit: ⁊ tamē undet aliā legē in mēbris ſuis re pugnātem legi mētis ſue: ſi poſt nuditatē: ieiunia famē: carceres: flagella: ſupplicia: in ſe reuerſꝰ ex clamat. Infelix ego hō: quis me liberabit de cor pore mortis huius tu te putas ſecuꝝ eſſe debere xxxij. q. v. Si Paulus. Et vbi quis ita de ſe pſūe ret q̄ expōeret ſe ſciēter piculis peccatoꝝ morta liter peccaret iuxta illud Eccl. iij. Qui amat peri culū icidet in illud: vt ſiquis ex aſpectu fixo in a liquā perſonā: vel fāliari colloquio: vel turpi ſo cietate: vel loco iā expertus ē lapſuꝫ: ⁊ recēſ: ⁊ ad uertēter ad iſta ſe pōit: male ſe poſſet iſte a mor tali excuſare. Beatus ḡ vir qui ſēper ē pauidus di citur Eccls. Qui vō mētis ē dure nimis preſūen do corruet in malū. Nullꝰ ergo i quātacūq; abū dantia meritoꝝ dicat. Nō mouebor i eternum. Bene quilibꝫ dēt ꝓpōere nō mouē ſe a deo ⁊ uir tute recedēdo unquā: ſed ꝯgnoſcat ſe fragilem ⁊ aptū ad ppetrādū oīa mala: niſi cuſtodiat eū de us: ⁊ ipſe ēt ſe cuſtodiat uitādo occaſiōes maloꝝ ⁊ ſic obſuet. ſ. fugiēdo picula. Secūdo pſūit aliquis de ſua ſcīa qñ in his que ſapiēteſ dubitāt ipſe audet p̄cipitare ſñiaꝫ: ſicut faciūt hodie mlti pdicatores ⁊ cōfeſſores: vel qui ēt quod peius ē re pbāt dicta magnoꝝ doctoꝝ ⁊ ſcōꝝ: quoruꝫ corrigiā calceamētoꝝ nō ſūt digni ſoluē. Contra hos dicit Eccl. xxxij. In medio magnatoꝝ loq nō pſumas. Qō inepte faciēs Helyu iuueis rep hēdēs. ſ. Job ⁊ aīcos eius rephēſus fuit a domio Ad magnā aūt pſūptionē de ſua ſciētia ptinent qui ſic cā urgente mutāt leges ⁊ ſtatuta maioruꝫ tāquā ipſi melius cognoſcāt q̄ āteceſſores fūda tores legū ⁊ religionū pleni ſapia. Sed vt dic Ni

colaus papa. Ridiculū ē ⁊ ſatis abhoīabile dede cus vt traditōes quas a pūbus accepim' infrigi patimur: diſ. xij. In cuiuſ figurā p̄ceptū fuit a do mino i ueteri lege. Ne trāſgrediaris termios: q̄s patres tui poſuerūt. i. ordiationeſ. Nec ex hoc q̄ alibi ſeruat cōtrariū debet quis mutare de leui mores quos iueīt in loco ātiquatos in rebus idif ferētibus niſi ſit rō multū urgēs ⁊ ſic ſcādalo: alſ pſūptio eēt. Unī Hiero. Illud bī admonendū pu to vt traditiōes eccleſiaſticas p̄ſerti que fidei nō officiūt ita obſeruādas vt a maioribus tradite ſī nec alioꝝ cōſuetudinē alioꝝ cōtrario more ſub uerti: diſ. xij. c. illud. Et dicit ibi glo. ſup uerbo fi dei: vel ēt moribus bōis. Ad magnā utiq; preſū ptionē ptiet vt ponat quis ſe ad audiēdaꝫ confeſ ſionē qui ignarus ē ēt cōmuniū pſumēs b ex ſua bona cōſcīa ⁊ itentiōe ⁊ aliquali practica ⁊ boni tate ſeu ſubtilitate naturali itellectus: nec poteſt talis excuſari a peccato mortali de huiuſ. pſūpti one quādo ē ita rudis ut nec caſus a quibus pōt ipſe abſoluere vel nō abſoluere ſciat diſcernere nec excōicationem maiorem a minore: nec pcīa cōia mortalia: puta neſciēſ fornicationem ſimpli cem ē mortale: vel cogitationē deliberatā alicu ius mortalis: eſtimans omnem iram eſſe morta le: ⁊ ſic de gula ⁊ inuidia: ⁊ q̄ non reneatur quis ad confitendum ⁊ cōicanduꝫ niſi in morte: ⁊ hꝰ. contractus uarios: nec intelligēs nec ſciēs ſaltem ſuper his dubitare. Rō huius ē qꝛ preſtat cauſā efficacem ruine proximi ſu: ⁊ſi non directe. ſ. h i tendēs: tamē indirecte. ſ. non faciens debite id ad quod teneſ: quia nō debuit ſe ponē ad illud: ad quod aptuſ nō erat i damnū alteriuſ p regulam Qui occaſionē dāni dat damnuꝫ quoq; dediſſe uidetur: extra de iurſ. ⁊ dam. da. c. Si culpa.

Ad quod facit optīe: quod ait Aug. de peni. di. vj. Qui uult cōfiteri pcā vt iueniat gratiā: ſacer dotē querat ſciētē ſoluere: ⁊ ligare ne cū circa ſe negligens extiterit. ſ. ex ignorātia iſtruēdi negliga tur ab illo qui ſalubriter mōet eū vt uitet cecum ne ābo in foueā cadant. ſ. cōfeſſor: ⁊ confitēs: ⁊ lo quiē de fouea eterna dānatiōis in quā nullus ca dit niſi p mortale. Nec excuſat a toto ex hoc q̄ pōitur ad hoc a plato ſuo: quinimo ⁊ ipſe plat' cū eo in foueā cadit eandē ſecūduꝫ Al. quia nec debuit cecū exponē: nec ille debuit oīo ineptus o bedire. Poſſet tamē excuſari talis in his trib' ca ſibus. Primo quando periculum mortiſ confitē ti imineret nec alius poſſet haberi: tunc eniꝫ qui libet poteſt ⁊ debet audire ꝓpter efficaciam facīi ne ea priuetur. Secundo quando confitens ē peritus ſufficienter ita q̄ ipſum confeſſorem do cet ⁊ oſtendit grauitatem ſuorum peccatorum: ⁊ creditur bone conſcientie. Tertio quando confitentes ſunt perſone ſpiritualiter uiuentes ⁊ frequenter confitentes que non conſueuerūt hīe

niſi uenialia. Ad magnã preſũptionẽ ptinet ꝛ periculoſã ingerẽ ſe ad regẽdũ alios qui ſe ignorãt Et ſiliter ad ꝓdicãdum cuz nõ ẽ miſſus. Ad magnã ꝓſumptionez ĩputãdum ẽ ꝙ põat ſe quis ad exercituz aduocã di: conſulẽdi: in iure iudicãdi: medicãdi: ſi nõ ſtu duit vt cõpetẽter ſit in h'. edoctus. Et uidetur ꝑ regula poſſe ſũi illud: ꝙ quicũq; põit ſe ad aliqõ exercitũ publicũ: ex quo põt aliꝯ exide ſequi nõ bile dãnũ ueriſiliter in pſõa uꝫ rebus ꝓpter ignorantiã magnã illiuſ circa illud exercitui ꝙ peccet mortaliter: ar. extra de iniu. ꝛ dã. da. c. Si culpa Tertio pſũit quis de potẽtia: ꝛ hoc cũ utitur poteſtate quã nõ hẽt ad aliquid faciendũ: de qua ꝑ ſũptiõe põt illud expõi Eccleſiaſtes. vj. Hec uanitas ꝛ pſũptio ſpũs ẽ: vanitas eſt: quia nil ueri effectus agitur: pſũptio ẽ quia ſibi attribuit poteſtatẽ quã nõ hẽt. vnde Gratianus de peni. diſ. vj. §. fi. dicit. Nẽo uidelz alterius prochianũ iudicare pſũat. Jn h'. figurã mãdauit dñs in veti lege Leuiti. xix. vt trãſiens p alienũ agrũ falcez in alienã meſſẽ nullus mittẽt: videlz vt expõit Gregorius ĩ eũ qui nõ ẽ ſibi cõmiſſus falcẽ iudiciũ nõ mittat vi. q. iij. c. ſcriptũ. Et hoc ſciẽter agẽdo utiq; mortaliter peccat. Rõ eſt: qz facit ꝓtra iuſticiã exꝑſſe vſurpãs poteſtatẽ alterius: ꝛ puertit ordinem iuris. Et hoc hẽt locũ ꝛ in foro pẽitẽtiali: ꝛ in foro cõtẽtioſo: eccleſiaſtico ꝛ ciuili. Nam qui abſoluit audiẽdo confeſſionẽ ſi non hẽt auctoꝛitatẽ: vel ſi hẽt auctoꝛitatẽ audiẽdi: non hẽt poteſtatẽ abſoluẽdi a tali caſu ſi ſciẽter facit: quis dubitat mortaliẽ eẽ talẽ preſũptionẽ: ꝛ ſimiliter ſi abſoluit ab excõicatiõe a qua nõ põt icideret ẽt talis pſũptõ in excõicationẽ papalẽ: ſi cẽt religioſus: vt hẽs in quarta pte ti. i. ibi uide de hoc. Siꝫ diſpẽſando vel ꝓmutãdo vota que nõ põt ſciẽter: peccat mõtaliter in tali pſũptiõe. Jn foro ẽt cõtẽtioſo ſi ꝺs iudicaret aliquẽ nõ ſibi ſubdituz ſciẽter: peccaret morraliter: ẽt in foro ſeculari: vt ſi eꝑs ꝓferret ſẽtentiã cõtra totaliter exẽptos: vel ẽligioſi ꝓtra clericos: ꝛ h'. ſñie ſũt nulle. Siꝫ ad magnã preſumptionẽ ꝛ mortalẽ ptinet rectorũ ſeculariuz ſi uolũt iudicare clericos: ꝛ ad iudicia ſua trahẽ: ſiue ꝑ debitis ſiue ꝑ tallijs ipoſitis ab ipſis laicis: qz nullã pꝛiatẽ habẽt ſuper eos. xi. q. i. p totuz. Siliꝫ ſi clericus exercẽt officiũ ordis quẽ nõ hẽt: puta ſubdiacon' cãtaret euãgeliũ: diaconus diceꝫ miſſam: ꝛ h'. vel laicus faceret officia q̃ nullo modo põt fieri niſi p clericos: eſſet mortalis preſũptio. Unꝫ ꝛ Ozias rex iuda qz pſũpſit tẽpluz dei ingredi ad dãdũ icenſũ dño quod officiũ erat ſacerdotũ: a deo pcuſſus totus factus ẽ le pſus vt hẽtur ij. palip. xxvj. Ad magnã pſũptõnẽ ꝛ mortiferam expectat mutaꝫ nõ ſolũ materiaſ ꝛ formaſ: ſed ẽt ꝛ ritus: ꝛ q̃ ptinẽt ad ſolẽnitatẽ ſacramẽtorũ ꝛ officioꝯ eccleſiaſticoꝯ. Ad pſũptionem maxima ſpectat ut iferioꝛ ſupioꝛẽ uelit iudicare ꝛ ſẽtẽtiare cõtra eũ cum nõ poſſit. vñ dr in decre. di. xxi. Jn tãtũ hanc pſũptionẽ ſãcti patres ĩ quodã generali cõcilio deteſtati ſũt qua. ſ. quidã Dioſcorus noie pſũpſit ſñiam excõicatiõis ꝓtra Leonez papã dictare ut eũ ſine aliqua audiẽtia ſubito cõdẽnarent. Nec uacat a pſũptiõe ſubditus qui niſi nõ iudicio ſñie: tamẽ temerarie cõdẽnat facta ꝑlatoꝯ dubia: q̃ poſſũt bñ ꝛ male fieri: qõ deo diſplicẽ oſtẽditur ꝑ figurã. Nã vt hẽtur in. ij. regũz vj. cũ archa dñi Dauid ordinãte reducẽtur ĩ hieruſalẽ cũ in itinere bobus ducẽtibus eam recalcitrãtibus archa aliquãtulũ incliata fuiſſet: qdam noie Oza qui eã cũ bobuſ deducebat temẽarie tetigit eã quaſi retinẽs ne cadẽt ꝓpter quod a dño ſubito pcuſſus ẽ morte. Et ut expõit Gratian' ij. q. vij. c. plerũq;. §. his itaq;: ꝛ Grego. ĩ moral. Archa deſignat platũ qui ꝛ ĩ ſe debet habẽ manna dulcedis ꝛ uirgã auſteritatis: ꝛ legẽ iuris ꝛ ſciẽtie boues recalcitrãtes ſũt ſubditi diſcoli quibus dã platus icliatur ꝓdeſcẽdẽs: aliquãdo iperfectõi eorũ. Aliquis pſũptuoſus: quaſi retiet archã nec dat: dñ pſũptuoſe iudicat: ꝛ repꝛhẽdit prelatũ de nimia remiſſiõe. Unde Oza interꝑtatur robuſt' q̃. ſ. pſũit de ſua vtute: poſſet aũt eẽ ita inordinata talis pſũptio: ꝙ mortẽ icurrẽt aie. Jtẽ pertinet ad pſũptionẽ ꝙ aliquis ſe ĩtromittat de officijs aliorũ: ꝛ de his q̃ nõ ſpectãt ad eũ niſi neceſſitate: uel charitate moueret ad ſupplẽdum defectũ alterius. vñ dicitur in regula iuris. Qꝛ non eſt ſine culpa qui rei que ad euz nõ pertinet ſe ĩmiſcet extra ò regulis iuris libro ſexto.

¶ Dunitõ quam fa. §. vi

cit deus contra preſumptionem ibi nota ſecũdo cum dicit. Auertiſti faciẽ tuam a me. Auertit autem deus faciem ſuã a creatura ratõnali dupliciter Uno mõ ſubtrahẽdo gram: ſicut cum aliquis offendit ab aliquo ſubtrahit faciẽ ſeu aſpectum ſuum ab eo nolẽs videre eum. Et hoc facit deus ꝑ ſumptuoſo quando eſt mortalis ciuſ preſumptõ Deutro. xxxij. Abſcõdam enim faciem meaz ab eis: generatio enim peruerſa eſt. Alio mõ dicitur deus auertere faciem ſuam ſubtrahẽdo feruorẽ ꝛ actualem deuotiõẽ: ꝛ ſpiritualem guſtuz quod facit aliquando ſponſus erga ſponſam ex paruo defectu vt magis ſit circũſpecta ꝛ timoroſa. Et ò hoc in ps. cxv. Ego dixi in exceſſu mentis mee: ꝛ ſecundum aliam litteram. Jn pauore meo proiectus ſum a facie oculorum tuorum quod eſt uerbum anime deuote: videlicet cum ſentit ſe priuatam cõſolatõnibus ſpũalibus ꝛ guſtu dei: timẽs ſe derelictam a deo: ſed ideo deus hoc agit ad tẽpus ad excludendam preſũptionem. Nam ſi ad placitum ſuum anima ſentiret conſolationez nimis de ſe preſũeret: ꝛ negligẽtie ſe daret: ꝛ paruz

ꝑ preſſũptuoſo ꝓpugnãs oſtenditur.

ꝑ diuertit deꝰ faciẽ ſuã a peccatis dñi.

Capitulum Septimum.

a defectib⁹ puis se caueret: sicut si uir sēper aspi ceret ⁊ rideret i faciē spōse: efficēt nimis irreuerēs ⁊ leuis.

Quantum ad ter. §. VII

tiū. s. consecutionē mali certuz ē q amissa gratia dei p pīūptionē non pōt sequi nisi malū de quo cōturbat mens. vnde i versu pdicto subdit: fact⁹ sū cōturbatus. i. totus cōturbatus. Lor. n. impū quasi mare feruēs quod quiescere nō potest nūc estuās p unā passionē: nūc per aliā. quādoqz per uanā leticiam: quandoqz p nimiā tristiciā: ⁊ h⁹.

Capitulum septimum de Curiositate. in quo agi tur de spectaculis ⁊ uitijs: que procedunt ex uano aspectu: ⁊ ēt ō studio secularīū liarum: utruz sit licituz?

Curiositas inter

grad⁹ sibie sup pōit: ⁊ ab ea pcedē uī: uitiū ē pene oēs uioluēs: ⁊ pa gnitū: sed multuz nociuū: qō a se re moueri exoptat: ps. cxviij. dicēs. Auerte oculos meos ne uideāt uanitatē: i uia tua uiuifica me: v bi tria ponit. Prīo ostendit sui debilitatē: ibi Auerte oculos meos. Secundo petit excludi curiositatem: ibi: ne uideant uanitatem. Ter tio appetit dirigi circa uniuersitatem: ibi: in uia tua uiuifica me.

Ostendit primo ex. §. I.

h ps. sui ōbilitatē: q postulat a deo hoc fieri: qō uidet p se facē n posse. s. auertē oculos suos a ua nitate ad quā curiositas iducit ad inspiciendum Multū. n. hō icliatur ad sciēdū. Nā ut dic phs pmo phicorum. Oēs homes nā scire desiderāt: ⁊ Ecclesiastes prīo dī. Non satiat oculus uisu: nec auris auditu. Multo. n. magis appetit scia ⁊ vi tatis cognitō q diuitie quarū appetit⁹ ē insatiabil ⁊ merito q scia ptiet ad pfectionez aie: nō aūt di uitie. Et iō orare dēmus ut pficiat quod p nos n ualemus. s. auertē oculos a uanitate. i. iordiata ⁊ iutili cognitiōe. Ipse. n. deus ait apostolus ad phi lip. ij. opatur in nobis uelle ⁊ pficē pro bōa uolū tate. Adeo āt nociuuz ē ut excludat aliquando a regno celoz. vñ curiosus figurat p illuz qui se ex cusauit n posse accedē ad quā fuēat cenā uitat⁹ dicēs. Juga boū emi quiqz: ⁊ eo pbare illa: Luce xiiij. Bos ppter co:nua q hēt eminentia i capite significat supbū q i se hēt eminētiā estiationis de se sup ceteros. Et ppter ruminationē designat ꝓ sideratiōnē iordiatā q discurit trite sigula. Qui qz paria sūt quiqz sēsus exteriores a quib⁹ ortuz hēt ois nostra cognitio. Paria vero sūt nō sigla ria: quia ipsoz sensuū organa exteriora sunt du plicata: ut duo oculi: due aures: due nares: duo labia: due manus: in quarum pulpis precipue vi get tactus. Probare uadit qui curiose utitur eis: vt experiatur quid delectatiōis in hoc repiat: hic aūt si emit h⁹ pia boum dans pro pcio salutem anime sue: eam. s. preponens vt delectetur in co gnitione inutili ⁊ uana rerum secundum sensum uel intellectum vtiqz se ipsum priuat cena glorie de qua dicitur apoca. xix. Beati qui ad cenaz nu ptiaz agni uocati sūt. Sed uidet in h⁹. cognitiōe itellectiua l sēsitiua n posse eē pcēz: nā sēsitiua ōfuit i tellēue. Cognitio āt itellectiua secūdū se ē bona In hoc eni uidetur consistē perfectio hois vt itel lectus eius de potētia reducatur ad actum quod fit p cognitionē ueritatis. Preterea illud quod quis cōsequitur a deo non potest eē malū: quia deus non est actor mali. Sed quecūqz abūdātia cognitionis est a deo: iuxta illō Eccl. primo. Ois sapia a domino deo est. Et Sapie septimo dicit: Ipse dedit mihi horū que sunt scientiam ueram vt sciā dispōnem orbis terraz: ⁊ uirtutes elemē toz: ⁊ c. Preterea illō p qō ds assilat deo n pt ee malū: sz hō assilat ōo: p h q vitatē ꝓgsc: ⁊ q: oia nuda ⁊ aperta sūt oculis eius: ad Heb. iiij. Et. i. Regum. ij. dicitur. Deus sciarum dominus est: ⁊ quantūcunqz abundet cognitio ueritat⁹: non est mala sed bona. Appetitus autez boni non est ui iosus: ergo circa cognitionem ueritatis non uiō tur eē uitium curiositatis vel aliud. Rñ. b. Tho. se. se. q. clxvij. art. i. q cognitio ueritatis quāuis ō se sit bona: potest tamen per accidens alicui esse mala in quantum uel superbit ex ea: vel utit ea ad malum. Uitium autem curiositatis non ē cir ca ipsam cognitionem veritatis directe: sed circa appetitum ⁊ studium cognoscende ueritatis: qñ scilicet est inordiatus. Quāuis ergo bonum ho minis consistat in cognitione veri: tamē perfectū bonuz hominis non consistit in cognitione cuiuscunqz ueri: sed in cognitione summe ueritatis p fecta vt per phm in. x. ethi. patet. Et ideo potest esse uitium in cognitōne aliquorum uerorum se cundum q talis appetitus circa illa n debito mo do ordinatur ad cognitionem summe ueritatis: in qua consistit sūma felicitas. Et sic soluitur pri mum. Ad secundum ⁊ tertium respōdeo q quā uis cognitio veritatis quam habemus a deo: ⁊ p quam assimilamur deo: ō se sit bona: non p hoc excluditur quin homo possit cognitōne ueritat⁹ abuti i malum: vel etiam inordinate cognitionez ueritatis appetere. Non enim sufficit ad uirtutē bonum appetere: sed oz etiam ipsum appetitum boni esse regulatum secundum rationem. In h ergo consistit uitium curiositatis in appetitu et studio inordiato circa ꝓgnitōnē rez ō q orād⁹ ē de⁹ ut āmoueat dicēdo. Auerte oculos meos ⁊c.

Quantū ad secun . §. II.

BIBLIOTECA PROVINCIAL Y REGISTRO DE LA PROPIEDAD INTELECTUAL - PALENCIA -

dū.ſ.ō ipſo uitio curioſitatis. Sciēdū:q̄ ſicut duplex ē oculus.ſ.corporis qui dr ſēſus:ꝛ aie qui dr intellectus:ita duplex ē curioſitas.ſ.intellectiua: ꝛ ſēſitiua:ꝛ ideo ī plurali dicit oculos meos ne uideāt uanitatē. Et quātus curioſitas ſenſitiua exē ceatur p alios quattuor ſēſus:ſicut ꝛ p uiſū:tam̄ noīe uiſus itelligīt oīs ſēſatio. Unde cōſueuit dici vide q̄ bonū ſonū habet cāpana.i.audi. Uide q̄ bonū odorē habet iſte flos.i.odora. Et Chriſt' dixit diſcipulis ſuis. Uidete mānus meas ꝛ pedes .i.palpate: Luce vlti. Et p̄s. xxxiij. Guſtate ꝛ uidē te. Uanū autē dicīt res iutilis:vel que nō cōſequi tur finē ad quē ordiatur:ſicut medicīa dr uana: q̄ nō inducit ſanitatē ad quā ordiatur. Cognitio in hoīe ordiari debet ad aliquā utilitatē ſecūduz rōnem:ſicut ꝛ oīs actus hūanus alias uana ē et curioſitatis uitiū. Un̄ Sap̄ xiij.dr. Uani ſūt oēs hoīes in quibus nō ſubē ſcīa dei.i.qui non ordi nāt ſciam ſuā ꝛ cognitionem ad deū ſaltē ut ultimū finem. Et Hiero. ait de quibuſdam curioſis. Nōne uidētur uobis in uānitate ſenſus:ꝛ obſcuri tate mētis īgredi qui diebus ac noctibus dialecti ca arte torquētur:qui phiſicus perſcrutator ocu loſ trās celū leuat:ꝛ ultra p̄fūdū terrar̄:ꝛ abyſſi in quoddā inane demergitur: qui iā bene ſeruet qui tātam metror̄ ſiluā ī ſuo ſtudioſus corde diſtiguit:vt hētur. xxxvj.di. Nōne. videt ergo ocu li uānitatē cū quis ſeq̄tur curioſitatē itellectiuam vel ſēſitiuam. Et quātū ad itellectiuaz notādum ſecūdum.b.Tho.ſe.ſe.q.clxvij.arti.i. q̄ quinq̄ modīſ ipſa curioſitas exercetur.

Primo in quan .§.III.

¶ Curioſitas .q̄inq̄ modis exercetur.

tum quis itendit ſuo ſtudio in cognitōibus ueri tatis ꝓut per accidēs cōungitur ei malū :ſicut il li qui ſtudēt ad ſciam veritatis vt ide ſuperbiant vñ Aug.in li.de moribus eccleſie. Sūt qui deſer tis v̄tutibus ꝛ neſciētes quid ſit deus ꝛ quanta ſit maieſtas ſēper eiuſdem manētis nāe magnum ſe aliquid agē putāt ſi uniuerſā iſtam corporis mo lem quā mūdum nūcupamus curioſiſſime intē tiſſimeq̄ pquirāt. Un̄ etiā ꝛ tanta ſuperbia ī eis gignitur vt in ipſo celo de quo ſepe diſputant in habitare uideantur. Similiter illi qui ſtudēt ad diſcere aliquid ad peccādum uitioſum ſtudium habent:ſecūduz illud Jere.ix. Docuerunt liguā loqui mendacium. Et qui addiſcunt incātatiōes ſortilegia:ꝛ maleficia:ꝛ veneficia:ꝛ h'.vl expiūt ea ſi habent effectum. Jſidorus etiaz in li.ſniarū dicit. Jdeo prohibetur Chriſtianus figmenta le gere poetarum :quia nimium excitant mentem ad incentiua libidinum:di.xxxvij. Jō quod pre cipue uidetur habē locum in Ouidio metamor phoſeos:ꝛ de arte amandi: ꝛ Juuenali: ꝛ ſimili bus. Ambro.quoq̄ dicit de aſtrologia ꝛ huiuſ. ſcientīs q̄ deſpecte ſunt: ꝛ qui his ſtudent curā anime non habent:diſ.ea.§.ij.

Secundo modo .§.IIII

cum quis ſtudet addiſcere ab eo a quo non debz ſicut illi qui perquirunt aliqua futura ul' occulta a demonibus in quo repitur curioſitas ſuperſti tioſa. vnde Aug.de uera religiōe. Neſcio an phi impedirentur a fide vitō curioſitatiſ in perſcrutā dis demonibus: ꝓpterea autem Chriſtus demo nes confitentes ipſum dum clamabant:tu es fili us dei increpabat ut tacerent: Luce.iiij.vt.ſ.nos doceret non eſſe querendum a demonibus etiaz cognitionē ueritatis:q̄ propterea aliqua uera a liquando dicunt vt homines his allectis credant ꝛ tandem ad aliquod malum ōducant. Ad hāc etiam ſuperſtitioſam curioſitatem ꝛ peſtiferam pertinet ars notoria qua quis querit acquirere: cum certis obſeruantīs diuerſas ſcientias. Et de hac infra in ti.de ſuperſtitiōibus. Dic etiā Aug. in ti.de diuinatiōibus ꝛ maleficīs :que fiūt ī iuo cationibus demonum his portentis per ōmonū fallaciam illuditur curioſitas humana quando id impudenter appetunt ſcire quod nulla eis ra tione conuenit inueſtigare.xxvj.q.v. Nec miruz Debent autem qui habent huiuſmodi libros in duci ad comburendum tales libros ꝛ ſcripta:ne alīj abutantur exemplo eorū quod ſcribīt Act'. xix.ſ.q̄ quidam qui fuerant curioſa ſectati cōtu lerunt libros ꝛ combuſſerunt coram hominbuſ.

Tertio modo et a .§.V.

līs ſequentibus poteſt eſſe uitium ex ipſa inordi natione appetitus ꝛ ſtudīj addiſcendi veritatem Et hoc primo in quantum per ſtudium minus utile retrahitur a ſtudio quod ex neceſſitate ſibi incumbit:vt ſi habens curam animarum vel au dire confeſſionem neſciēs quid ſpectet ad tale of ficium inſiſtat ſtudio philoſophie:vel aſtrologie vel poeſie:ꝛ h'.quod Hiero.reꝓhendens inquit Sacerdotes dei omiſſis euangelīs ꝛ prophetīs videmus comedias legere:amatoria bucolicorū verſuum uerba cantare:tenere virgilium in māi bus:ꝛ quod in pueris eſt cauſa neceſſitatis:crūm in ſe facere voluptatis:di.xxxvij.c. Sacerdotes. Hinc ꝛ Origenes dicit. Scinifes ꝛ ranas quibuſ pcuſſa fuit egyptus ſignificare vanā gloriam dia lecticoz̄ garrulitatē:ꝛ ſophiſtica argumēta. Si liq̄ quoq̄ porcoz̄ quib' ꝓdigus ſaturari cupie bat:ſed nequibat:doctrias figurant gētilium fm Hiero. Sed ꝛ ipſe Hiero. verberatuſ fuit acriter in infirmitate:ꝛ ſibi dictum:q̄ Ciceronian' erat: non x̄pianus eo q̄ nimis uacabat ſtudio Platonis:ꝛ Ciceronis delectatus ſuauitate eloquij. Et ſi quando prophetas legē incipiebat:ſermo horrebat incultus:ait ipſe diſ.xxxvij. Legimus cum §.ſe.Sicq̄ ex curioſitate retrahebatur a ſtudio

ſcripture magis vtili ⁊ neceſſario. vñ ⁊ religioſis ⁊ clericis i ſacerdotio vel dignitate cõſtitutis prohibetur ſub pẽa excõicatiõis ſtudiũ legũ ⁊ phice ideſt medicie vt magis poſſint vacare ſtudio theologie ⁊ canonũ: extra ne cle. l' mo. c. fi. ⁊. c. Non magno.

Quarto modo in. §. VI.

quãtũ aliquis ſtudet ad cognoſcẽdũ veritatez ſupra ꝓprij ingenij facultatẽ q; p hoc hoiẽſ de facili labũtur in errorez. ſ. vñ dr Eccl. iij. Altiora te ne q̃ſieris ⁊ fortiora te ne ſcrutatus fueris: ⁊ i plib' opibus eius ne fueris curioſus: ⁊ poſtea ſequitur Multos. n. ſupplãtauit ſuſpitio illoꝝ: ⁊ i vanitate ẽtinuit ſẽſus eoꝝ. Ad quã curioſitatẽ ptiet q; aliq̃ iueſtigẽt de myſterio ũitatis: vel icarnatõis: l' ſacramẽti euchariſtie: ⁊ predeſtinationis: ⁊ huiuſmodi rationibus naturalibus: de quib' dic̃ Ambro. Tu quoq; digitũ ori admoue: ſcrutari non licet diuina miſteria. ſ. curioſe. vñ ⁊ in figuraz Numeri. iiij. fuit p̃ceptũ: alij nulla curioſitate videãt q̃ ſunt i ſãctuario. i. occulta miſtẽia Chriſti ꝑuſq; iduãtur. i. niſi uelata. Et quia curioſitate ducti filij iſrael viderũt archaz dei reductam p boues a philiſteis qui i bello abſtulerãt eã in Bethſames mortui ſũt ſeptuagita viri populi: ⁊ quiquaginta milia plebis de Bethſamitis: vt habet. i. Regum vj. Permaxie ſiplices dẽnt cauẽ ab h'. curioſis q̃ſtionibus. vñ Aug. dicit: q; cũ q̃rũt aliqui q̃d deus faciebat añ mundi creatõnem: Rñdẽdũ ẽ q; eternam gehennam curioſis preparabat.

Quinto modo. §. VII.

quãdo hõ appetit cognoſcẽ vitatez circa creaturas nõ referẽdo ad debitũ fiñẽ. ſ. ad cognitionem dei ſed in ipſa cognitiõe ſola delectat. vñ Aug. ỏ vera religiõe dicit q; i cõſideratiõe creaturarum nõ ẽ vana ⁊ peritura curioſitas exercẽda: ſed gradus ad imortalia ⁊ ſẽper manẽtia faciẽdus. Salomõ qui dic̃ ſe curioſe multa iueſtigaſſe: ꝓpt̃ niã curioſitatẽ quã habuit ad iueſtigandũ de opinioibus hoim circa ſcibilia infatuatus legitur nimio amore mulierũ: qỏ Origenes itelligit prodoctrinis gẽtiliũ varijs ⁊ multis quarũ amore ỏlectatus a veritate errauit: poſtea tamen cõdatus. Señ. in epiſtola. Demẽs merito videt ſi cum ſara i monumẽtũ ſenes femineq; cõgererẽt: cuz iuuẽtus itra portas expectaret armata ſederẽ ocioſus: ⁊ h'. queſtiũculas ponerẽ. Qỏ non pdidiſti hẽs: cornua nõ pdidiſti: ergo cornua hẽs. Non vacat ad iſtas ieptias. Ingẽs negociũ i mãibus ẽ. Mors me ſequit: fugit uita. Aduerſus hoc me docet: hec ille.

Oculus quoq;. §. VIII.

corporalis p; out includit omnem ſenſum exteriorem uidet uanitatem cum curioſus ẽ: que curioſitas ſenſitiua cauſa multoꝝ peccatoꝝ: ⁊ omnes pene ũuoluens conſiſtit in appetitu ⁊ ſtudio inordinato cognoſcẽdi per aliquem ſenſuz exteriorẽ Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. ſe. ſe. q. clxvij. q; cognitio ſenſitiua ordinatur ad duo. vno modo taz in hoibus q̃ i brutis ordinatur ad cõporis ſuſtentationem in quãtum. ſ. per huiuſmodi cognitionẽ hoies ⁊ alia aialia uitant nociua ⁊ cõquirunt ſibi neceſſaria ad ſuſtẽtationem: ſicut ouis videſ lupum fugit: ⁊ homo videſ inimicum quod facere nõ poſſz ſi non uideret: ⁊ videſ cibũ ſumit illũ. Alio modo cognitio ſẽſitiua ſpãliter i homie ordiatur ad cognitõnẽ practicam vel ſpeculatiuã. Uidẽs. n. herbã medicialem medic' ordinat eam ad medicinã. videſ exercitia alicuius artis quomõ fiũt addiſcit vt ſecũdum eam opet Cõſideraz per uiſũ auditũ vel alios ſẽſus pulchritudinẽ ⁊ virtutem creaturaꝝ: exurgit ide i cognitionem creatoris. Qñ igit nõ appõitur ſtudium circa ſenſibilia cognoſcẽda ꝑdictis modis ⁊ cauſ ſcilicet ꝓpter neceſſitatem ſuſtẽtande nature: vel ꝓpter ſtudium veritatis intelligẽde: tũc ocul' uidet vanitatẽ: ⁊ peccatur curioſitate vl' alio uitio Nam etiam ſi non ordinetur ad male cõcupiſcẽdum vel detrahendum: aſpiciendo. ſ. facta aliorum: ſolum ex hoc q; non ordinatur ad aliquod vtile: ſed potius auertit hoiem ab aliqua vtili cõſideratione: curioſitas ⁊ uanitas ẽ. vnde ⁊ Aug. in li. confeſ. fatetur ſe peccare in aſpiciẽdo a caſu canem currentem poſt leporem: eo q; hic aſpect' auertit aliquando ab aliqua utili conſideratiõe ⁊ vanus inquit ebeſco. Et quãuis luxuria ⁊ gula ſint circa tãgibilia ⁊ guſtabilia: ſic ⁊ vitium curioſitatis: ẽ tamen iſta differentia inter iſta ſecũdũ b. Tho. vbi ſupra. Nam luxuria ⁊ gula ſunt circa delectationes que ſunt in vſum rerum tangibilium ⁊ guſtabilium: ſed curioſitas eſt circa delectationem cognitionis ⁊ tactus guſtus ⁊ alioruz ſenſuum ſed inordinate: ⁊ uocatur concupiſcentia oculorum h' curioſitas ratione iam dicta: q̃a ſcilicet nomine oculi intelligitur omnis ſenſus. ũ de ⁊ Augu. in. x. confeſ. oſtendens dr̃iam huius: dicit. Ex hoc euidẽtius diſcernitur quid curioſitatis: quid uoluptatis agatur per ſẽſus q; uoluptas pulchra: ſuauia: canora: ſapida: leuia ſectat Curioſitas aũt etiam contraria tentandi cauſa ad ſubeundam moleſtiam: ſed experiendi: noſcẽ diq; libidinem: hec ille: Sic ergo luxuria querit delectationem inordinatam tactus: ſz curioſitas querit delectationem inordinatam cognitionis: que habetur per tactum de re: ⁊ ſic de alijs ſenſatis. vnde ⁊ uirgines tentantur de uitio carnis p modum curioſitatis. ſ. ut experiantur qualitatez illius delectationis veneree ⁊ cognoſcant magis q̃ alie perſone non virgines ſecundũ Pe. de pal.

¶ Spectaculo⁹ inspicio pt̃ē mortalis.

Sed ꝛ qui expti ſũt delectationē venereā aliqñ i citãtur ꝛ ſtimulãtur ad turpia magꝫ ãliqñ ex curioſitate. ſ. ad expiendũ nouos modoſ turpitudinum q̃z ex luxuria. Et iõ orandus deus: ne oculi uideãt uanitatẽ. Dicit ẽt Beda q̃ uitiũ curioſitatis ẽ in dignoſcẽdis carpendiſq; uitijs ꝓximoꝝ quod fit p particularia ſenſibilia. Quod tamẽ i telligẽdum ſecũdũ. b. Tho. vbi ſupra: nõ quãdo hoc fit bono aĩo. ſ. cõſiderãdo facta aliorũ ad utilitatẽ ſuam vt. ſ. ide ꝓficiat ꝓuocatus exemplo bono alterius: vel ẽt ad utilitatẽ alterius: vt. ſ. cõrigatur ab eo regula charitatis ſeruatis debitis circũſtantijs. Sed cũ quis cõſiderat facta aliorũ ad deſpiciẽdum uel detrahẽdum: vel ſaltẽ iutilit̃ iquirẽdum: hoc enim curioſum ẽ ꝛ vitioſũ. vñ p uer. xxiij. dicitur. Nõ inſidieris: nec queras ipietatẽ in domo iuſti: nec vaſtes requiẽ eius. Ad qõ facit quod dicit. vj. q. i. Ex merito. Officiũ ſinguorũ ſit chariſſimi nõ ſolũ oculos habẽ caſtos: ſz ꝛ liguã nec aures pruriẽtes quis hẽat. i. curioſas Nec quid i domo cuiuſq; agat alia dom⁹ per eos ũquã nouerit. De quibuſdã mulieribus uãis dicẽ apl̃us. i. Thimo. v. iuectiue q̃ circuierit domoſ ꝛ nõ ſolũ ocioſe ſed uerboſe ꝛ curioſe. Dina filia Jacob cũ egreſſa ẽ domũ patris: vt uideret feminas ĩgiõis curioſitate ducta: oppſſa ꝛ uiolata fuit a Sichẽ: Heñ. xxxiij. Nec de mãibus eius eruta niſi quadã ui fratꝝ ad figurãdũ ſecũdũ Hug. q̃ aĩa egrediẽs per curioſitatẽ de domo prope cõſciẽtie tiorate vt curioſe ĩtueatur creaturas per aliquã ſenſationẽ: ide uiolat a diabolo p conſẽſũ in aliquod malũ: quã diabolus violatã detinet blãditijs eũ remordẽte conſciam de malo vane ꝓſolatur: vel ſpe uenie vel emẽdatiõis: vel cõpationis peccati aliorũ: ſz fratres. i. affectus uiriles a nime ſẽſualitati uĩ faciẽtes ꝛ occidentes p pniam vitia eripiunt de manibus diaboli.

Quantum ad terti. §. IX

sui nimiũ peccata multiplicant: tales. n. de facili transgrediunt oia mãdata dei ꝛ ecclesie: cum sint grauia sensualitati: se nõ posse ieiunare affirmãt incantationes diuinatões ꝛ diuersa sortilegia seq̃ nõ curãt ꝛ facere vt cõsequant sanitatẽ corporis sui quod inordinate amãt. Si in clero sunt: officia diuina euitant ab ouibus suis lanã ꝛ lac req̃runt cũ omni diligẽtia de aiabus aũt eor paruz curãt. Si in religione de cerimonijs nihil curant de cõmunitate pax: dum eis bene sit. Hic amor sui est ille de quo xps ait Joh. xij. Qui amat aiam suã pdet eã. Qui enĩ amat aiam sensitiuã volẽs satisfacere appetitui sensitiuo suo pdet animã ĩtellectiuã multa vicia incurrẽdo: ꝛ est ibi relatio recíproca. ibi eã. Ponit aũt aplus. ij. Thimo. iij. que mala ꝓueniãt ex amore sui dicẽs. Erunt i nouissimis tẽporibus homines seipos amantes vbi dicit. b. Tho. super hunc locũ. Radix totius iniquitatis est amor sui ipius. s. fm sensualitatẽ. Ex hac radice sunt diuerse spẽs iniquitatis que cõsequenter enumerat aplus. Cupidi quo ad bona exteriora appetẽdo etiã nõ sua. Elati. elatio ẽ spẽs superbie qua. s. sup alios se pfert. Superbi quo ad alios spẽs supbie. Blasfemi. quo ad deũ male dicẽtes de deo: parẽtibus nõ obediẽtes i his que debẽt. Ingrati quo ad bñfactores ꝛ respectu bñficiorũ receptorũ. Scelesti grauia aliqua peccata admittẽtes cõtra primos: vt homicidiũ sodomiam: ꝛ huiusmõi. Sine affectione quo ad effectũ charitatis. Sine federe. i. sine pace. Criminatores i. imponentes crimina falso alijs. Incõtinentes. q̃ ad luxuriã mẽtis. Immites. i. iracũdi ꝛ non mansueti. pditores vel ciuitatũ vel psonarũ vl secretorũ. Incõstantes. i. imperseuerãtes ip̃roposituũ vel impatientes. Tumidi. p̃sumptuosi vltra vires suas opera aggrediẽtes. Ceci. i. nõ habẽtes rectum vsum rõis. Uoluptatũ amatores: nõ ex passione sed ex habitu luxurioſi. Spem q̃dez pietatis habentes sz virtutẽ eius abnegãtes: vt hypocrite: ꝛ hos deuita. Sz vt dicit puer. xiij. extrema gaudij luctus occupat ꝛ sẽpiternus. Et vt dicit Apo. xviij. Quãtũ se glorificauit ꝛ in delicijs fuit: tãtum date illi tormẽtũ ꝛ luctũ: ꝛ aliquãdo etiã in vita pñti permittit deus tales ad miserias deuenire. Narrat Petrus damianus q dux venecie cõstãtinopolitane vrbis habebat vxorẽ que tã tenere ꝛ delicate viuebat ꝛ tam artificiosa voluptate se

mulcebat: vt se cōibus aquis dedignaret abluere sed eius serui de rore celi vndiq; collecto laborio sum ei balneū p̄parabāt: cibos suos nō tāgebat sed ab eunuchis eius alimēta queq; minutius cō scidebant in frustula: que mox illa cū fuscinulis aureis & bidentibus ori suo ligurīēs adhibebat: cubiculū eius tot aromatibus & thimiamatibus redolebat: vt etiā victu fetiduq; sit & auditu incredibile. Sed dū adhuc viueret vibrato sup eā iudicij mucrone corpus omne cōputruit: ita vt totū cubiculū intolerabili fetore cōpleret: nulluſq; illā ferre potuit nō cōsueta: nō seruulus vix vna ancilla nō sine specie; redolētiū auxilio in eius seruitio remansit: que tamē raptiq; accedēs cursiq; recedebat: diutius hoc languore detēta & miserabiliter cruciata: amicis quoq; letātibus die clausit extremū. Huic pōt illud adaptari: quod scriptū est. Quātū se exaltauit & in delicijs fuit tantū date ei tormētū & luctū: hec ꝑe.

Capitulum decimū quartū de amore p̄ntis seculi.

Amor p̄sentis

seculi ponit a Grego. vt dictum ē supra filia luxurie. Et videt hoc peccatū i hoc cōsistere: q; homo nimis afficit ad vitā p̄sentē ꝓpter delectatōes que habent ex rebus mundi. Et q; int̄ has maxime sunt delectationes veneree. Jō ponit amor p̄sentis seculi filia luxurie. Et cū tam inordinate ꝙs afficit ad mundū seu ad ꝑmanendū in mūdo ꝓpter delectabilia eius q; fruat eo ponēs. ſ. finez suū in vita p̄senti cupiēs in mundo ꝑpetuari & nil curās de superna felicitate: istud mortale ē & multis vicijs cōmixtū. Et de hoc intelligit illud Jaco. iiij. Qui voluerit ee amicus huius seculi: inimicus dei cōstituit. Et illud. i. Joā. ij. Qui diligit mundū non est charitas patris in eo. Et ad idē facit quod ait Hiero. Difficile immo ꝑ impossibile ē vt p̄ntibus ꝙs fruat & futuris bonis: & i vtroq; seculo appareat glorioſus: & de delicijs trāseat ad delicias. Sed affectando in mundo ꝑmanere vt ꝑfit alijs: vel vt ipe in virtutibus ꝓficiat: vl vt de peccatis magis satisfaciat: seu quodā appetitu sensuali vel naturali: q̄ vt dicit Boeti⁹: oīe aīal vitā tueri laborat. Et sm q; xp̄s dixit Petro. Cū senueris alius te cinget & ducet quo tu nō vis. ſ. ligando: & ducet te xc̄. ſ. ad mortē Joā. vltimo. Illā nō volebat instinctu sensualitatis vel nature: sed sm rōnez: & hoc nō est peccatū: vel si esset aliquantulū inordinatus affectus ad vitaz p̄ntez esset venialē.

De amatoribus hu. §. I

ius seculi pōt intelligi illud ps. Corrupti sūt & abhominabiles facti sūt in studijs suis: non est qui faciat bonū: nō est vsq; ad vnū: ps. xiij. Naturaliter quilibet vitat & detestat destructionem rei & corruptionē & abhominationē: & boni defectōes. Nā bonū est q; omnia appetunt inq̄t ꝑbus. Et ecōtra malū ꝑ se nemo appetit sm dionysiū. Et ideo Johes euāgelista in ꝑma can̄. c. ij. admonet nos dicēs. Nolite diligere mundū neq; ea q̄ sunt in mundo: q; omne quod est in mundo. i. i amatoribus mundi: aut est cōcupiscentia carnis: aut cōcupiscētia oculoz: aut supbia vite: & mundus peribit & cōcupiscentia eius. Siquidē ab amatoribus mūdi querunt delicie seu delectatōnes carnis circa quas est cōcupiscentia carnis. i. luxuria & gula. Querunt & diuitie circa quas est cōcupiscentia oculoz. i. auaricia. Appetunt & honorificētie que resultāt ex laude hominū seu fama: potentia dignitatū: sapia: & huiusmōi: circa quas ē superbia vite. Sed deficiūt omnia ista cū desiderijs suis. Nā corpus corrūpit & in terrā conuerti tur: diuicie corrūpunt & cōuertunt in terrā ſ naliter quia de terra facta sunt & in terrā pariter cōuertunt. Inq̄t sapiēs. potentie & dignitates corrūpunt & deficiūt & sub terra positis pedibus conculcant. Et sic corrupti sunt & abhominabiles facti sūt in studijs suis. Studiuz. n. est animi vehemēs applicatio circa aliquid sm Tulliū & Tho. Que aūt sint studia mundanoz ad que vehemētissime applicāt aūz: oñdit scriptura dicēs. Oēs a maiori vsq; ad minorē auaricie studēt. Jere. vi Et prouer. xxiij. dicit de quibusdaz. Morant in vino & studēt calicibus epotandis. i. ad multum bibendum. Et paulo post. Sicut regulus venena diffūdet. ſ. vinū potatū. Regulus est quidam serpens cuius venenū maxime ē mortiferuz: sed nil ita mortifez humanis ingenijs ut luxuria est inquit Seneca q̄ ex nimio potu: & cibo ꝓcedit. Et Jere. xxi. dns ait. ſ. superbis cōfidentibus de viribus suis. Dicitis ꝙs percutiet nos & quis ingredietur dom⁹ nostras. Et visitabo vos iuxta fructuz studioz vestroz dicit dns. Succendā ignē. Ecce quō abhominabiles facti sūt i studijs suis: quia dixerunt per affectū nō est deus ille. ſ. qui est verus dns in celo. Sed de creaturis miseris quib⁹ studēt fecerunt sibi deos: delicijs: diuicijs: & honorificentijs quibus sunt immersi: & sic ait aplus Ro. i. Mutauerunt gloriā ic corruptibilis dei in gloriā imaginis corruptibilis hois: volucrū: quadrupedū: & serpentū. Serpentes comedentes terrā sunt auari: volucres per aera volātes sunt superbi alta querentes: quadrupedes per lutū icedentes sunt luxuriosi. Isti omisso cultu & studio veri dei totū studiū suū ponūt ad ista vt videantur ꝑ dñs & sūmis bonis habere ea. Et sic corrupti sunt & abhominabiles facti sunt in studijs: suis nō est qui faciat bonū. Quomō bonuz facē

Capitulum Quartūdecimum.

possunt quod sit verū bonū: cū mūdus nō hēat neq; accipere possit spm sanctum: fm doctrinaz xpi. Joh. xiiij. a quo ꝓcedit omne bonū. Nec. n. mūdi amatores cognoscunt veruz deum. Joh. i. Mundus eum non cognouit. Nolite ergo diligē mudum neq; ea que in mundo sunt. In mundi amatoribus ex quo corrupti sunt ꝛ abhominabiles facti sunt in studijs suis non est qui faciat bonū nō est vsq; ad vnū. Ubi tria possunt notari i amatoribus mundi: ꝓpter que mundus non est diligendus fm sniam Joh euāgeliste. Nolite diligere ꝛ cetera.

Primum defectibilitas mundialitatis. ibi. Corrupti.

Secundum vilitas entitatis. ibi abhominabiles facti sunt.

Tertium nullitas ꝓbitatis. ibi. non est qui faciat ꝛc.

Quantuz ad primū. ℣. II

defectus mundi qūo ipe deficiat cōtinue cum rebus quas pro summis bonis habent amatores mundi ostendit ps. cum dicit de eis. Corrupti sūt ꝛc. Unde ꝛ cū amor huius mundi qui erat in descendentibus a Caim q̄ primus edificauit ciuitatem in mundo vocās eā Enoch. Gen. iiij. quod interpretatur dedicatio: q; se totaliter p amorē dedicauerat mundo: tamē q; iste amor seculi subintrauit in generatione Seth. effecta est mala ꝛ cō rupta mente ꝛ corpore. Unde dicit Gen. vi. Corrupta ē terra corā deo ꝛ repleta iniquitate ꝓpter quod deus īmisit diluuiuz vniuersale: ꝛ sic corrupti sunt omnes q̄ erant in mundo: exceptis reseruatis in archa. Quāuis autez corruptio stricte īportat mutationē seu destructionē rei quātū ad formā substātialē: sicut vinū dicit corruptū quādo efficit complete acetum vel marciduz: ꝛ aial dicit corruptū cū morit ꝛ efficit cadauer tamē large sumitur in scriptura ꝓ mutatione etiam secundum aliquā qualitatem corporalē vel spūalē Et fm hoc dicit aplus. ij. Cor. iiij. Is qui noster est homo exterior corrūpit. s. fm diuersaz varietatē qualitatum: ꝛ Eccle. viij. Omnes ī corruptōne sumus: ꝛ. ij. Thi. iiij. homes mente corrupti sūt ergo amatores mūdi mente ꝛ corpore cū diuitijs ꝛ delicijs ꝛ honorificētijs suis. Unde in li Sap. ponit locutio eoz in mūdo isto: ꝛ postea in alio declarant quō corrupti sunt ꝛ ad nihilū redacti Uenite inquiunt ad suos seqnaces. Sap. ij. ꝛ fruamur bonis que sunt. s. in mundo isto. s. inherendo eis totaliter p amorē. Utamur creatura tāq; in iuuentute celeriter: vino precioso ꝛ vnguentis nos impleamus. Nō ꝑtereat nos flos tēporis. Coronemus nos rosis anteq; marcescant. Nullum pratum sit quod non pertranseat luxuria nostra Nemo sit exors luxurie nostre. Ubiq; relinquemus leticie signa: quoniā hec ē pars nostra ꝛ hec est sors. Opprimamus pauperē iustū. s. per diuēsos modos auarīcie. Non parcamus vidue: nec veneramur canos multi temporis. Sit fortitudo nostra lex iniusticie. s. per supbiam: hec ibi. Corrupti sunt cū suis amoribus ꝛ i inferno se reperientes ꝛ pre angustia spūs gemētes dicunt. Lassati sumus in via iniq̄tatis ꝛ perditionis. Quid nobis ꝓfuit superbia: aut quid diuiciaz iactantia contulit nobis. Trāsierūt oia illa tanq; vmbra. Sap. v. Nolite ergo diligere mundū ex quo corrupti sunt omnes mundi amatores cū suis: ꝛ defecerunt quācitius: ꝛ deficiunt cuius celerrim' defectus ꝛ corruptio tripliciter pōt ostendi.

Primo ex scripturis.

Secundo ex figuris.

Tertio ex experientijs.

Scripture tam sacre q̄ alie insinuāt clare q̄cito transeat vita huius mūdi cum suis vanitatibus. Unde aplus. i. Corin. vij. Qui vtunt hoc mūdo tanq; qui non vtant. i. non multū non inhereāt per amorē ipsis rebus: ꝛ subdit. Preterit. n. figura huius mundi. Substantia vtiq; mundi. s. elementoz ꝛ celoz ꝛ hominum non ꝑterit sed stat ineternū: ꝑterit autē figura. i. apparētia que pulchra ꝛ suauia apparent in mundo. Et q̄cito ꝑtereat Job. xx. ostendit dicēs. Gaudiū hypocrite ad instar puncti. Uere mundus est hypocrita q̄ fm apparentiā exteriorē videt bonus: ꝛ fm rei veritatē est malus ꝛ plenus miseria ꝛ nequicia: ita mundus iste videt in istis sensibilibus rebus bonus: sed est plenus falsitate ꝛ malicia. Gaudiū autē ꝛ omnis delectatio eius ē ad instar puncti q̄ est quid indiuisibile. Nā de ꝑteritis delectationibus nihil habes: sicut nec de ꝑterito tpe nisi reatū: de futuro nihil obtines: solū ergo nūc instans habes quod subito trāsit. Ducunt inq̄t idem in bonis dies suos. s. mūdani ꝛ in pūcto ad inferna descēdunt: videlz in morte. Idem ostēdit Greg. dicens in ꝓmo moral. Cū mundi gloria repētin' finis intercipitur: breuis ꝓculdubio innotescit fuisse. Et in quadam omel. ait. Ecce mundus q̄ diligit fugit: ꝛ quia labentē mundum retinere non possumus: necesse est vt cū ipo labamur. ꝛ Ber. i quodā sermone. Omnis delectatio mundi hui' vniuersaq; eius gratia: ꝛ quicquid in eo concupiscit ꝓ suo modicū est in illius felicitatis: ꝛ glorie cōparatione: si tamen modicū dici debz: ꝛ nō potius nihil. Quomō corrupti sunt amatores mundi mente ꝛ corpore ostēdit Joel dicēs velata locutione. Audite senes ꝛ auribus percipite omnes habitatores terre ꝛ paulo post. Residuum eruce comedit locusta: residuum locuste comedit brucus residuū bruci comedit rubigo: expgiscimini ebrij ꝛ vlulate omnes qui bibitis vinum in dulcedine quoniam perijt ab ore vestro. Quantū ad sensū

litteralem Nico. de lira de quattuor monarchijs mundi exponit signatis p erucā: locustā: brucū: ⁊ rubiginem: a quibus deuoratus ⁊ corruptus ē mundus p bella inuera: sicut per illa corrūpunt ⁊ cōsumunt blada. Eruca ergo fuit monarchia assiriorū q̄ cū exercitibus suis cōsumpsit mundū in partibus orientis Locusta fuit monarchia medorū ⁊ persarum que in alia pte mūdi cōsumpsit ⁊ deuorauit multa. Brucus fuit monarchia grecorū que munduz in alia pte corrupuit. Rubigo fuit monarchia romanorū que in ptibus occidentis destruxit quod remanserat: occisis innumerabilibus millibus p plia ⁊ precipue ciuilia. Vinū q̄ ebrij sunt homines ⁊ soporati est amor mundi dulcedo eius delectatio eorū que sunt in mundo sed debēt homines excitari ⁊ considerare: quoniam perijt vinū omnis amoris ⁊ delectationes q̄ sunt in mundo. Corrupti sunt ergo omēs ille monarchie cuz suis bonis vanis. Grego. autē i libro xxxij. moral. exponit spūaliter de vicijs que corrumpunt mundū in mēte: dicens erucā que incedit toto corpe luxuriam significare que aliquos mundanos cōsumit. Locustam que volare videt sed cadit p superbiā ⁊ elationē ⁊ p̄sumptionē que alios corrumpit in mundo. Brucum vero gulaz quia multū deuorat. Rubiginē. s. ventū vrentem dicit significare iraz que subito incendit: vel auariciam que vrit mentem. Ebrios dicit significare amatores mundi. Expergiscimini ergo ⁊ nolite diligere mundum qm̄ perijt vinū. Secundo ostē dit quomodo mūdus ⁊ vita p̄sens cito trāseat cuz suis gaudijs per figuras. i. per ea quibus assimilat. Assimilatur. n. rebus valde caducis: videlicet vmbre: flori: feno: nebule: seu vapori: tele: ⁊ alijs huiusmodi. Homo inquit ps. cxliij. vanitati similis factus est. i. mutabilitati: dies eius sicut vmbra pretereūt. Mundus dicit a motu. Et q̄uis omnia sint in motu iuxta illud boetij. Stabilisq̄ manens das cuncta moueri: ppter quod omnia vanitas: homo tamen dicit vanitas vanitatum. Ecclesiastes primo: quia super oia mutabilis: affectu: intellectu: sensu: loco: alteratōe: corruptione ⁊ nunq̄ in eodem statu permanet Job xiij. Dies eius subdit ps. sicut vmbra pretereunt. Quanto quis magis insequit vmbrā suā: tanto magis fugit: ⁊ imperceptibilit vmbra deficit. Clama dixit dñs semel Isaie qui respōdit. Quid clamabo. Cui dñs. Omnis caro fenum ⁊ ois gloria eius quasi flos agri. Exiccatum est fenum ⁊ cecidit flos: quia spiritus dñi inflauit in eo Isa. xl. Vere fenum est populus. Sicut. n. fenū nascit viride ⁊ paulatim crescit. Superueniente vero calore arefit: ⁊ per falcē de terra euellit: ⁊ ab animalibus comedit. Flos ex herba pducit pulcher ⁊ amabilis aspetu: sed paulopost decidit ⁊ marcescit ⁊ p nihilo habet: ita homo nascit de muliere vt fenū de terra habēs viriditatē viuacitatis i iuuentute: sed calore naturali paulatim cōsumēde humiduz radicale: senescit decidit indurat ⁊ arescit: ⁊ per falcem mortis de agro mundi tollit: ⁊ vermibus corpus comedendū tradit. Anima vero si amorē seculi secuz habet a bestijs inferni deuorat. Flos. n. est gloria hominis: ⁊ honor quē habet in mundo pulchritudo ⁊ delectatio. Sed cito transit ⁊ p nihilo estimat. Que ē vita nostra inquit Jaco. in canonica sua. Vapor ad modicū parens: ⁊ deinceps exterminabit. Sicut. n. nebula de terra vel de aqua exijt ⁊ paulatim in aera ascendit: sed cito apparente solis radio dissoluit ⁊ ad terrā imperceptibilit resoluit: ita homo apparet aliquantulū in mundo ⁊ calore febrili dissoluit ⁊ ad terrā psternitur ne amplius videatur ⁊ Ezechias in cantico suo agit. Precisa est velut a texente vita mea: dum adhuc ordirer succidit me: de mane vsq̄ ad vesperā finies me. Isa. xxxviij. Assimilatur vita nostra tele que ordit: cuius vna pars est texta: ⁊ tamē inuoluta manet: ⁊ parum de ea videt: alia texenda ⁊ etiā nō videt: sollū illa pars in qua laborat per multum laborem ⁊ motū videt. Sed telā materialez non precidit texens cōmuniter: nisi cuz cōpleuerit: quia dñiuz habet in hoc sup eam. Sic de tempore p̄terito vite nostre nihil videt: de futuro minus: sed solum quod habemus in presenti breue est ⁊ quasi momentaneuz in quo laboramus repleti multis miserijs nec est in voluntate nostra quando p̄cidat tela vite nostre: sed est in manibus dei qui solus habet dominiū mortis ⁊ vite: ⁊ cum credim' durare vt in iuuētute anteq̄ perciat ⁊ deueniat ad senectā ipse precidit subito. Et ideo dicebat. Esto te parati qz nescitis diem neq̄ horā Math. xxv Et dies dñi sicut fur in nocte ita veniet ait aplus O misera vita inquit Augu. quantos decepisti: quantos seduxisti: que dū videris vmbra es: duz exaltaris fumus es: dum extolleris nihil es: dulce es stultis: amara es sapientibus. Et. b. Sebastianus ex his que legebat in lib. quem angelus ante euz tenebat aptuz ait. Hec vita fugitiua ē: hec ab inicio mundi in se credentes fefellit: se expectātes decepit: de se presumentes derisit: ⁊ vt omnibus pbet esse mentita nulluz oio secutuz reddit. Hec impat crimina: suadet scelera: hoc admonet furē vt rapiat: iracundū vt seuiat: mendacez vt fallat Damascenus assimilat statū mundi seu vitam p̄sentē cuidam fugienti ante vnicornē insequentez eum q̄ cadere incipiens in foueā pfundissimam se retinuit manibus applicās se ad quandam arbusculā ⁊c. vide in legendis Jacobi de voragine circa finē in historia Barlaam. Defectio mundi ⁊ glorie ⁊ delectatio q̄ cito sit peritura ostendit ex expientia que est rez magistra. Ubi sunt p̄nci cipes geutiū inquit baruch. iij. ⁊ qui dñant su-

Capitulū Quartūdecimū.

per bestias que sunt super terram. i. super homines bestialiter viuentes ⁊ luxuriose: qui in auib⁹ celi ludunt. i. in superbis ⁊ ambitiosis qui argentum thesaurizāt ⁊ auxi q̄ confidūt homines: ⁊ non est finis acquisitionis eorum. Et respondet sibi ipsi docente experientia quotidiana. Exterminati sunt. i. extra terminos mundi missi sunt per mortem: ⁊ ad inferos descenderunt: ⁊ alij in loco eorum surrexerunt. Ubi est potentia ⁊ oīum Assueri qui regnauit sup centū vigintiseptez puincias. Ubi victorie celeres ⁊ triumphi Alexandri magni. Ubi diuicie regis Cresi vel Salomonis. Ubi fortitudo herculis vel hectoris. Ubi pulchritudo Helene vel Absalonis. Ubi lasciuie Cleopatre ⁊ Amonis. Ubi gloria ⁊ magnificētia Julij cesaris vl̄ Augusti Octauiani imperatoris Ubi fama sapientie Aristotelis. Pictagore. Socratis. Ptholomei ⁊ Platonis. Ubi eloquentia Demostenis. Titiliuij. ⁊ Tulij. ⁊ Maronis. Exterminati sunt ⁊ ad inferos descenderunt omnia hic relinquentes: ⁊ nil secū nisi culpam cum pena portantes. Corrupti sunt omnes hi anima ⁊ corpore. Et vt magis particulariter videatur vanitas ⁊ defectio mundi: adducamus in medium vnum qui omnia que amant a mundanis expertus est. s. Salomon ipse loquens de se ipo ait. Ecclē. ij. Magnificaui opera mea. Edificaui mihi domos. Plantaui vineas. Feci ortos ⁊ pomeria: ⁊ conserui ea cuncti generis arboribus. Extruxi mihi piscinas aquarum vt irrigarē siluam lignorum germinantium. Possedi seruos ⁊ ancillas. Multamq; familiam habui. Armenta quoq; ⁊ magnos ouiū greges vltra omnes qui fuerūt ante me in ierusalez. Coaceruaui mihi argentū ⁊ auxi ⁊ substantias regū ac puinciaruz. Feci mihi cātores ⁊ cātatrices delicias filioz hominū. Scyphos ⁊ vrceos ad vina fundenda in ministerio: ⁊ supergressus sum opibus oēs qui fuerunt añ me in hierusalez. Sapientia quoq; perseuerauit mecum: ⁊ omnia que desideraverunt oculi mei nō negaui eis. Nec prohibui cor meū quin omni voluptate frueret. Et subdit. Cūq; me conuertissez ad vniuersa opera que fecerāt manus mee ⁊ ad labores in quibus frustra sudauerā reperi in omnibus vanitatem ⁊ afflictionem animi ⁊ nihil p̄manere sub sole. In predictis verbis ostēdit Salomon q̄ expertus est ⁊ habuit omnem magnificentiam eoz que amant a mundanis. Sed in. iij. li. Reg. i pluribus. c. ⁊ in. ij. peralipo. magis diffuse ⁊ distincte declarat magnificentia eius quo ad diuicias: delicias: potentiam ⁊ sapientiam eius. Nam quantum ad potentiam ipse fuit magnus rex: ⁊ regnauit super totum populum dei. xij. tribuum. Fuit sibi concessuz viuente patre suo Dauid cum esset annorum. xij. reprobata a regno Adoma quez iuuabat Joab princeps exercitus ad habendum regnum ⁊ alijs pluribus. Clamauitq; omnis populus: viuat Salomon rex. Ascēditq; vniuersa multitudo post eum: ⁊ populus canentium tibijs ⁊ letantium gaudio magno: vt habetur tertio Regum primo. Sublimitatez regni sui ⁊ dominij ostendit scriptura cuz dicat. iij. Reg. iiij. c. q̄ Salomō erat in ditione sua habēs omnia regna, secuz a flumine terre philistijz vsq; ad terram egypti offerentium munera ⁊ seruientium sibi cunctis diebus vite sue. Et ibi nominātur duodecim magni principes quorum quilibet suo mense in anno Salomoni ⁊ familie sue necessaria ministrabat ad victum: habuit quoq; magnam pacem in regno suo. Dicitur primo palipo. xxix. q̄ habebat pacez ex omni parte in circuitu: habitabatq; Juda ⁊ Jsrahel absq; timore vllo Ad Dan vsq; Bersabee cunctis diebus Salomonis. Tanta autem erat familia curie eius q̄ de nullo alio domino mūdi legitur vt puto. Nā tertio Regum quarto describitur cibus quez volebat omni die p̄o familia sua: vbi dicitur. Erat autem cibus Salomonis per singulos dies trigīta chori simule: ⁊ sexaginta chori farine: decē boues pingues: ⁊ viginti pascuales: ⁊ centum arietes excepta venatione caprearuz ceruoz ⁊ bubalorum ⁊ alium altiliuz: puto q̄ chorus fuerit pōderis mensura mille librarum. Ex quo potest verisimiliter comprehendi q̄ familia sua erat circa triginta milia personarum: habebat quoq; quadraginta millia p̄sepia equorum curilium: ⁊ duodecimmilia equestrium. ij. Regum. iiij. ⁊ .ij. peralipo. De diuitijs eius dicitur. ij. Reg. iij. q̄ deus dedit Salomoni diuicias ⁊ gloriam ut nemo fuerit ei similis in regibus cūctis retro diebus. Omnesq; qui remanserant de amorreis: etheis: iebusseis: pherezeis: fecit sibi tributarios. Regina quoq; Sabba dedit sibi centum viginti talenta auri ⁊ aromata multa nimis gemmasq; preciosas. Et vt dicitur tertio Regum decimo. Erat pondus auri quod offerebatur Salomoni per singulos annos. ccccccl xvi. talētoz auri excepto eo quod offerebant viri qui erāt super vectigalia ⁊ super negociatores: ⁊ omnes reges arabie ducesq; terre Ubi sciendum q̄ talentum est triplex secundum Catholicon: primum est. l. librarum: ſm aliquos lxxij. librarum: ſm alios. cxx. librarum. Sumendo autem medium. s. q̄ esset. lxxij. libraruz: introitus ei⁹ ascēdebat ad .47952. libras auri. Libra autem auri valet circa. lxxxx. ducatos. Erat ergo introitus eius annualis quatro milioni ⁊ cinque cento cinquantacinque migliaria ⁊ quatrocento quaranta ducati sine alijs introitibus communibus. Argentum autez erat in tanta copia vt nullius reputaretur precij diebus eius. Fecit Insup

¶ Talentū triplex est.

¶ De gestis salomonis ēi⁹ dem.

templum mirabile in ierusalem deo quod famo sum erat in toto orbe: vt patet in. iij. Reg. diuersis. c. ad cuius opus. lxx. milia virorum erant occupati ad incisionē lapidū de mōtibus: vt dicitur. q. palipo. ij. q in vij. annis cōpleuit tam grande opus. Fecit deinde domos suas ad habitādū in. xiij. annis. De sapientia q fama eius scribit. iij regū. iij. q salomō erat noiatus in vniuersis gentibus p circuitū. Locutus quoq; est triamilia parabolas q fuerūt carmina eius quinq;milia q disputauit sup lignis. i. arboribus a cedro q̄ est in libano vsq; ad isopū q̄ egredit de pariete: q disseruit de iumētis q volucribus q reptilibus q piscibus: q veniebant de cūctis populis ad audiendū sapientiam Salomonis. Et in. iij. etiā Reg. x. c. dicit q regina Sabba venit a finib' terre audire sapiētiam Salomonis: q videns domū familiaq; per ordinē ministrantiū nō remansit in ea alitus p̄ admiratione sapientie sue. Unde q dixit ei. Uidi oculis meis q ꝓbaui q media ps nūciata non fuerit mihi. Maior ē sapia tua quā rumor quē audiui. Et i. iij. c. eiusdē libri legit q precedebat sapiētia Salomonis sapientiā omniū orientaliū q egyptioꝝ: q sapientior erat cūctis hominibus hec sibi fuit collata diuinitus in somnis: put postulauerat a principio regni sui in sui pueritia: q p̄cipue in iudicando populū: quod maxime ostēdit in p̄ncipio q p̄mo iudicio q sīnia quā tulit cōtendentibus duabus meretricibus cora eo vt p3 ibi. de delicijs iā dicta sunt ab eo sed turpe est dicere de voluptatibus eius cū vt dicit. iij. Reg. xi. Fuerunt ei vxores quasi regine septē milia q concubine triamilia his copulatus est Salomon ardentissimo amore. Et auerterūt mulieres cor eius: cūq; iam senex eēt deprauatū est cor eius p mulieres. Ubi notandū q in tanta magnificētia sua: potētia fama q abundantia: nō est auersus a deo nisi per iordinatū amorē voluptatū. Et nisi penituerit corruptus in anima q corpore esset q dānatus. Sed hebrei dicūt q plures doc. sācti eum penituisse: q tunc fecisse hunc librū. Eccle. vnde intitulāt eum hebrei de penitētia Salomonis. Quid ergo concluſit omnia expertus. Reperi in omnibus vanitatē q afflictionē: q nil permanere sub sole: q3 omnia deficere. Corrupti sūt ergo omnes mundani in amore mundi. Et iō nolite diligere mundum.

q salomō fecit p̄nāz. ergo nō fuit damnus.

Secūdo ꝓtēnēdus. §. III

q mūdus ē ondendus ppter suā vilitatē. q aper tri.

ē mundus non amandus ppter vilitatem entitatis eoꝝ que sunt in mundo. Unde dicit abhominabiles facti sunt in studijs suis. Res fede sunt vilissime q abhominabiles. Dicit autē ppheta abhominabiles facti sunt in studijs sicut ea que dilexerunt. s. amatores mūdi. Ea. n. est vis amoris vt talez te esse necesse sit quale ē id quod amas fm Augu. q Hugo. Habet. n. amor vim vnitiuā q trāsformatiuā fm dyonisium. Cum ergo vilia sunt que amant a mundanis q abhominabilia q ipsi quoq; efficiuntur abhominabiles. Uilitas autē q abhominabilitas mūdialiū apparz triplici respectu.

Primo respectu materie qualitatis.
Secundo respectu anime nobilitatis.
Tertio respectu mixture anxietatis.

Qualitas materie mundialiū est valde vilis. vñ dicit Jere. iij. Stultus populus meus me nō cognouit. Filij insipientes sunt q vecordes. Sapientes sunt vt faciāt mala: bene aūt facere nescierūt Aspexi terrā q ecce vacua erat q nihil quasi diceret. Ecce stulticia maxima hominū qz totū amorē q cogitatū suū ponūt ad terrena q mundana cmu tamen vacua sit terra veri q firmi boni: q nihil sit quod in ea appareat boni. Nihil enim est quod de se tendit in nihilū: q sicut oia ex nihilo facta sunt: ita ex se habent redire in nihilum Quid aūt vilius dici pōt: immo q nuncupat tali nomine quo nihil vilius nil abhominali' est. s. stercus. Eccle. xxij. De stercore boū lapidatus est piger: qui deo nō seruit: sed mundo. Piger. n. in dei opere hui' lapidat: grauat: pcutit: q occidit: ō stercore boum. i. de possessione tēporaliū per iordinatū affectū diuiciaꝝ quas p̄dicatores sancti q vt boues scindūt terrā peccatoꝝ: sed ad fructificandū reputant stercora fm expositionē Grego. Unde apls ad Phil. iij. Omnia arbitratus sum vt stercora: vt xp̄m lucrifaciā. Et Joel. p̄mo dicit Cōputruerūt iumēta in stercore suo quod exponit Grego. dicens q hoc est mundi amatores i luxurie fetorem vitā finire. Unde Eccle. ix. dicitur Omnis mulier fornicaria vt stercus cōculcabit: q de gloria peccatoris dicit p̄mo. Macha. ij. Gloria eius stercus q vermis. Et quid sunt aurz argētū q alia metalla in quibus p̄cipue cōsistunt diuitie nisi fex terre. Quid sericū vnde fiunt pulchra ornamēta nisi stercus vermium. Quid varia vñ gloriant homines nisi pelles vermium q muriz Panis q vinuz q alij fructus ex terra nascunt q̄ pingue fit stercoribus animaliuz: q sumpta in cibum q potū in stercus q vrinā cōuertuntur. Et quid est ipe homo quātū ad materiā inq̄t Ber. nisi sperma fetidū: saccus stercoꝝ: cibus vermiū. Cui' finis talis est ip̄m quoq; tale est fm p̄hum Quis finis luxurie: nōne stercus. Quis finis deliciarū esus q potus: nōne cruciatus aliquando ventris vel capitis cū nimis est q demuz stercus. Quis finis dñij nōne seruitus. Quis finis honoris: nōne frequenter confusio. Quis finis hominis quo ad corpus: nōne cinis: vnde Job. xx. hoc scio a principio exquo positus ē homo super terram q laus impiorum est breuis. Et paulo post. Si ascenderit in celū superbia eius: q caput eius

nubes tetigerit: quasi sterquilinium in fine pdet ⁊ qui eū viderant dicent. Ubi est: velut somniū euolās non inuenietur. Sicut Losdoe rex pſarū q̄ ita supbiuit vt facta sibi turri argentea faceret se adorare vt deus: sed cōfusus est captus ⁊ decapitatus ē ab Heradio impatore: ⁊ in sterquilinuz redactus. Nolite ergo diligere mundū nē. Scōo oñdit vilitas mūdi respectu nobilitat. aie ps. xli. Abissus abissū inuocat: abiss⁹ cui ñ dat fūd⁹ ē de⁹ infinit⁹ cui⁹ magnitudis ñ ē finis. Abissus ē aia nostra infinite capacitatis in potētia. Nunq̄.n. pōt tantū veritatis intelligere vel bonitatis gratie habere: q̄n adhuc plus acquirere possit seu accipere. Abissus ergo inuocat abissum q: aia quasi infinite nobilitatis appetit deū nobilissimū ⁊ summū bonū quod clarius loquēs supra dicit. Sitiuit aia mea ad deū viuū. Fecisti.n. nos oñe ad te ⁊ inquietū est cor nostrū donec requiescat in te: inquit Augu. in lib. confes. Est ergo aia nobilissima in se. ⁊ respectu nobilitatis eius oia terrena vilissima sunt: nō solū metalla ⁊ aialia: ſz ⁊ celuz ⁊ sydera: sol ⁊ luna. Sicut vinū ⁊ si in se sit pcios ū: cōparatū tñ bolsamo vilissimū erit. Aurū in se nobile ⁊ ear est: ſz cōparatū adamanti carbūculo vel topatio: vile erit: Sic nobilissima aia cū sit: vilis ⁊ abhominabilia sūt respectu eius cetera ppter quod dicebat Ber. O anima insignita dei imagine decorata sīlitudine: redēpta xp̄i sanguine: despōsata fide: dotata spū. deputata cū angelis: capax beatitudinis: heres bonitatis: ptic epſ rōnis quid tibi cū carne: quasi dicat quo amore inheres istis rebus mūdi que ordinant ad carnē cū sis ita nobilis: ⁊ ip̄a. ſ. caro ita vilis vt sit quasi infinita distantia magis q̄ inter celū ⁊ terram. Sicut autē res nobilis ⁊ pcios si cōiugat rei mi tū ignobiliori vilificat: sicut siquis cōiungeret aurū cū luto: vel bonū vinū cū aceto vel aqua. Ita anima in se nobilis efficitur vilis ⁊ īpura ⁊ abhominabilis: cū amore cōiungit cū istis mundanis rebus ppter quod dicit q̄ abhominabilis est oño ipius ⁊ impietas eius. Sap. xiij. Habitatio q̄z anime ppria in celo est in quo habitare p affectū debet: sm illud Phil. iij. Nostra cōuersatio in celis est. Sed terra cum omnibus q̄ in ea sunt est vt punctus sm astrologos respectu celi. Quā vilis esset qui p maxima ⁊ nobilissima ciuitate caperet vnū vile tugurīū: quale ē mundus respectu celi. Sed nec totū mundū seu terrā cū omnibus bonis suis q̄s vnq̄ possedit. Quis autē possedit vnq̄ totū aurū aut argentū: aut lapides pciosos mundi. Quis dominatus est simul omnibus gētibus vel animalibus terre. Quis obtinet omēz honorem ⁊ gloriā. Nōne si quis a multis laudatur ab alijs ei detrahit ⁊ maledicit. Quis omnē voluptatē intentā venereoz vel ciboz cōsecutus est. Sed ⁊ cū omis delectatio sensualis passio sit vnde ⁊ eū transmutatione corpotali si inordinate ⁊ nō moderate accipit nocet q̄ plurimū ⁊ vilissima creatura efficit q: similis bestijs. Eccle. iij. Dixi de filijs hominū vt ꝓbaret eos deus ⁊ ostenderet similis esse bestijs. Vilissima demū ostēdit omnis creatura respectu glorie supne seu bītudinis diuine ad quā videdaz ⁊ pfruēdā aia ē creata. O culus eniz nō vidit: nec auris audiuit: nec in cor hois ascēdit: q̄ ꝓparauit de⁹ diligētibus se nō mūdū: sed se deū. i. Lou. ij. Visio illa tāte pulchritudinis ē: tātoq̄ amore dignissima vt sic illa Plotinus phs animā q̄buslibet ⁊ q̄tislibet bonis repletā estimet ifelicissimā ait Aug. de ci. di. Ex hac sequitur gaudiū inmēsū cuius cōparatōe oē gaudiū ⁊ delectio mūdi vilissima ⁊ abhōinabil ē vñ Ber. Illud ē vez gaudiū ⁊ sūmū qō ñ ē ō creatura sed de creatore cōcipitur: quod cū acceperi nemo tollet a te: cui⁹ cōpatōe oīs iocūdita⁹ mestor est: omnis suauitas dolor est: omne dulce amarū: omne decorū fedus: ⁊ oē quod delectare pōt molestū. Et Sap. xi. dicitur Tanq̄ momētū statere sic est ante te. ſ. o deus orbis terrarū: ⁊ tāq̄ gutta roris añ luchanū q̄ descēdit i terrā. Abhoiabiles fiūt q̄ hoies amatores mūdi propter vilitatē q̄ in mūdo reputur cōpatione aie respectu sui capacitatis: habitatōis: ⁊ vltimi finis. ſ. glorie. Et io. Nolite diligere mūdū nē. tertio oñditur vilitas mūdi. i. eoz q̄ amant a mūdanis respectu āxietat⁹ ⁊ mixture q̄ ē i ip̄is diuitijs: honorificētijs: delitijs ⁊ huiusmōi. Risus dolore miscebitur: ait Salomō prouer. xiiij. Job. v. Hō nascitur ad laborē. Et in figurā huius dictū fuit Ade in persōa totius hūani generis. Spinas ⁊ tribulos germinabit tibi. Gene. iij. ſ. terra q̄tuncūq̄ colar⁹ Sic q̄tūcū q̄s q̄s querat fructū delectatōis ex terra corpis sui diuersis exercitijs: tamen spinas diuersarum contrarietatum affligentium eum vel tribulos remorsiōis ꝓscientie patitur: vt non integre letari possit vl nō ꝓsequēdo vt libet vel timendo ne p̄dat. Unde ⁊ Boetius de philosophica consolatō ne dicit q̄ multis amaritudinib⁹ felicitas huius mundi respersa ē: nec est ait idē aliq̄s tā cōposite felicitatis q̄ non aliqua ex parte cū sua fortuna rixetur. Nam si habet aliq̄s diuitias aliq̄n non habebit filios vel si habet malos inde cruciatur si bonos timet ne moriant. Si habet diuicias ⁊ filios aliquādo nō habebit natales nobiles. Si nobilis sit nō habebit honores. Si honores multas inuidias ⁊ inimicitias patietur: vel infirmitates graues incurret: ⁊ sic semp habet in mundanis cum gaudio mixtam aliquam anxietatem. Achab regnum habebat israel: ⁊ quia non poterat habere vineā Naboth. de qua volebat viridariū facere ex tristicia infirmatus est. iij Reguz xxi. Aman agagites erat primus in curia Assueri honoratissimus ab eo: ⁊ quia vnus homo. ſ.

Mardochē nō honorabat euꝫ vt ceteri nihil reputabat tantā felicitatē Jn li. Hester. iij. ca. Achitophel sapientissimus quia non fuit factū sm cōsilium suū: ita amaricatus ē ꝙ laqueo se suspendit ij. Reg. xvij. O cū quanto labore eā quo sunt in mūdo querunt: diuicie: delicie: vluptates: honōes dignitates: cū quāto timore nō amittēdi possidē tur ⁊ solicitudine: cū quāto dolore ꝓdunt vel auferunt. Sed si oīa habeant ad nutū quod nunq̄ ē: nihil tamē secū de mundo exiens ferre pōt hoquoniā inquit ps. xlviij. Cū interierit non sumet oīa. i. aliquid ex omnibus: nec descēdit cū eo gloria eius. Et iō nō sunt homines bona que secum ferre nō pōt ait Ambr. s. vera ⁊ permāsura bōa Sed ⁊ ipis malis penalibus plenus ē mundus i tota vita hominis vt verissimū inueniat qō dicit Eccle. ij. Luncti dies eius laboribus ⁊ erūnis pleni sunt nec per noctē quidem requiescit. Et certe mirū est quō cū mundus sit plenus tot calamitatibus homines diligāt ipm vel vitā pñtē q̄ potiꝰ mors dicēda cēt. Enumerat aliquas ex his miserijs ⁊ anxietatibus q̄ habent in mundo cōmunit Augu. in. xxij. de ciui. dei. c. xxij. dicēs. Quid. n. est quod cū labore meminimus sine labore obliuiscimur: cū labore addiscimus sine labore nescimus: cū labore strenui sine labore inertes sumus Sed preter puerilis etatis penas sine quibus addisci nō pōt a pueris quid maiores volunt q̄ vix aliquid vtiliter volunt quot ⁊ quātis penis genꝰ agitet humanū que nō ad malicia ptinēt iniq̄ꝫ sed ad cōditionē ptinent miseriaq̄ cōem. Quis vllo sermone dixerit: q̄s vlla cogitatōe cōprehendit quātus est metus: quātaq̄ calamitas ab orbi tantibus ataq̄ luctu: a oānis ⁊ oānationibus: a ōceptionibus ⁊ mēdacijs hominū: a suspitionibus falsis: ab hominibus violētis: a facinoribus ⁊ sceleribus alienis quādo quidē ab eis ⁊ depdatio: ⁊ captiuitas ⁊ vincula: ⁊ carceres: exilia: ⁊ cruciatꝰ ⁊ āputatō mēbroꝝ: ⁊ ꝓuatio sensuū ⁊ oppressio corpoie: ob obscenā libidinē oppiumētis exprendam: ⁊ alia horrēda multa sepe cōtingūt. Quid ab innumeris casibus q̄ forinsecus corpoi formidant: estibus: ⁊ frigoribus: ⁊ tēpestatibus: imbribus: alluuionibus: corruscationibus: tonitruis: grandine. fulmine: motibus: hiatibusq̄ terraruꝫ oppressionibus ruinaruꝫ ab offensionibus: ⁊ pauore: vel etiā malicia iumētoꝝ: a tot venenis fructuū: aquaꝝ: auraꝝ: bestiaꝝ. vel etiā mortiferis morbis: a rabie que cōtingit ex rabido cane: vt etiā que blanda ⁊ amica suo domino bestia: non nunq̄ vehemētius ⁊ amarius ꝙ leones draconesq̄ metuant: facitq̄ hominē quē forte cōtamināuerit contagione pestifera ita rabiosū: vt a parentibus coniuge filijs plus omni bestia formidetur Que mala patiunt nauigantes: que terrena itinera gradientes: quis ambulat vbicunq̄ inopiatis nō subiacens casibus de foro quidā rediēs domuꝫ sanis pedibus suis cecidit pedē fregit: ⁊ ex illo vulnere vitā finiuit. Quid videt sedente securius: de sella i qua sedebat Hely sacerdos cecidit ⁊ mortuus est. Agricole immo ⁊ omnes homies quot ⁊ quātos a celo a terra vel a pniciosis aialibus casua metuunt: vt araneis: scorpionibus serpentibus bubonibus tarantolis: vl nociuis fructibus. Contra mulleformes demonū incursus: q̄s i innocentia sua fidit: quādo quidē nec q̄s fideꝫ etiā puulos baptizatos quibus certe nil innocentius est: aliquādo sic vexant vt in eis deo sinente ista mōstreꝫ huius vite flenda calamitas: ⁊ alterius desideranda felicitas. Jaꝫ vero ex ipo corpore tot existunt morboꝝ mala vt nō libris medicoꝝ cuncta comphensa sunt in quoꝝ pluribus ⁊ pene omnibus ipa etiam adiumēta ⁊ medicamenta tormenta sunt vt homines a penarū exitio penali eruant auxilio. Nōne ad hoc pduxit homines sitientes ardor inanis: vt vrinā q̄s humanā vel etiā suam biberent. Nonne fames ad hoc vt a carnibus hominum homines abstinere non possent nec inuētos mortuos homines: se q̄s a se ꝓpter hoc occisos: non quolibet alienos: verum etiam filios matres incredibili crudelitate q̄ rabida esuries faciebat assumerēt? Ipse postremo somn' q̄ ꝓprie quietis nomen accepit q̄s verbis explicet se pe somniorum visis q̄ sit inquietus: ⁊ q̄ magnis licet falsaꝝ rerum terroribus aiam miseram sepulq̄ perturbet? Ab hui' tamē miserijs q̄si q̄busdā iteris vite nō liberat nisi gratia saluatoris xpi dei ⁊ dñi nostri iesu: hoc enim nomē est ei ihs q̄ saluator interpretatur: hec ille. Liberat siq̄dē gratia christi ab huius miserijs mundi producendo ad gloriam vbi non erit mors: neq̄ luctus: neq̄ clamor: sed nec vllus dolor: vt dicit Apocall. xxi. Is perfectus plenūq̄ gaudiū ⁊ quies. Non autem liberātur a malis amatores mūdi: sed de presēnt' vadunt ad perpetuum luctū inferni: vbi mors sine morte: defectus. s. omnis boni sine defectu finis infinitus: vt dicit Grego. in li. moral. O vere imēsa cecitas ⁊ futuitas amare mūdū istuꝫ plenū tātis miserijs: vbi ⁊ si quod boni est: mixtū est cum multis āxietatibus ⁊ exide peruenire ad maiores ⁊ perpetuas calamitates. Nolite ergo diligē mūduꝫ nē. quia abhominabiles facti nē.

In tertia parte .§.IIII.

principali notabatur nullitas probitatis i mūdo quia dicitur. Nō est qui faciat bonū: sed ex amatoribus muudi quia volunt frui non est vsq̄ ad vnū. i. nec vnus tm ex eis: ⁊ loq̄tur de opere vere bono. s. meritorio ⁊ grato deo. Quāuis enī tales qui sunt in mortali faciunt multa de genere boōꝝ: vt elyas: ieiunia: orationes: ⁊ huiusmodi: nullum tamen eorum est opus meritorium: nec

Capitulū Quintūdecimū.

vere bonū. ⁊ nō ē fz. b. Tho. i pria ſēde. q; nullū op⁹ hois pōt cē meritoriū ⁊ deo acceptū qō fit ſine gratia Sz amatores mūdi ſūt ſine gratia ⁊ ūmici ut dictū ē ſupra. Et ideo ex eiſ nō ē qui faciat bonū. Cōtraria nō poſſunt ſimul ineſſe. Cū aūt ex amore mundi ꝓcedāt inumera mala: ideo amatores mundi nō poſſunt facere bona: nō eſt q̄ faciat bonū ex eis. Quanta peccata oriant ex amore mūdi oſtendit Aug. in. xxij. de ciui. dei. c. xxij. dicēs. Quid amor iſte tot rerū vanarū atq; noxiarū: ⁊ ex hoc mordaces cure: perturbationes: merores: formidines: inſana gaudia: diſcordie: lites: bella: inſidie: inimicitie: fallatia: ⁊ audacia: adulatio: fraus: furtū: rapina: pfidia: ſuperbia: ambitō inuidentia: homicidia: paricidia: crudelitas: ſeuitia: nequicia: luxuria: petulantia: ipudentia: ipudicitia: fornicationes: adulteria: iceſta: ⁊ cōtra naturā vtriuſq; ſexus: tot ſtupra atq; immundicie quas turpe ē dicere: ſacrilegia: hereſes: blaſſemie periuria: oppreſſiones inocētiū: calūnie: circūuentiones: ꝑuaricationes: falſa teſtimonia: iniqua iudicia: violētie: latrocinia: ⁊ quicq̄d taliū malorū in mētē nō venit ⁊ tamē de vita iſta hominū nō recedit: hec vtiq; hominū ſunt malor ab illa trī erroris ⁊ puerſi amoris radice venientia: cuz qua omnis filius Adaz naſcit: hec ille. Et ſic patet q; nō eſt qui faciat bonū ex amatoribus mundi: q; vnū ſolū ex tot peccatis eſt ſufficiēs ad tollendum grām: ⁊ per cōſequēs omne bonū meritoriū. Sz ⁊ ſi q̄d faciūt amatoꝛs mūdi ꝺ̄ generi bonor: ⁊ illō mltū tepide ⁊ tarde ⁊ indebite factū: q; vl ꝓpt mūdū faciūt ⁊ ſic cōgregauerūt mercedes ⁊ miſerunt eas in ſaccūlū ptuſū: vt dicit Aggei. i. q; propter malū finē ⁊ vanū non inde fructū ſuſcipiūt: vel ſi faciūt ꝓpter deū: nō tn cū illa diligentia ⁊ ſolertia ſicut ea q̄ faciūt ꝓpter mūdū. Unū. Hie. diſ. xxxvij. dicit. Oēs hui⁹ ſeculi dilectores iterrenis rebus fortes ſūt: in celeſtibꝰ ſunt debiles. Nam ꝓ tēporali gloria deſudare vſq; ad mortez appetūt: ⁊ ꝓ ſpe ꝑpetua nec parū q̄dez in labore ſbſtūt. Pro terrenis lucris q̄ſlibz iniurias patiūtur ⁊ tollerant ⁊ ꝓ celeſti mercede vel tenuiſſimi verbi cōtumelias ferre recuſant. Terreno iudici tota die etiaz aſſiſtere fortes ſūt. In oꝛione vero corā dño vel vnius hore momēto laſſātur. Sepe nuditatē: deiectōez: famēq; ꝓ acq̄rendis diuitys atq; honorib⁹ tolerāt: ⁊ paz rerū ſe per abſtinentiā cruciāt ad q̄s adipiſcendas feſtināt hec ibi. Quis ex mūdanis ſuſtinet illos labor ꝓ deo q̄s ſuſtinet ꝓ rebus mūdi certe nō ē vſq; ad vnū: vt patet in ruſticis: mercatoribus: artificib⁹: ſtipēdiarijs: nautis: ⁊ alijs. Et quod peius ē ex inſēſibilitate ꝓueniēs eē ſub ſentibus delitias putabant. Job. xxx. ſub ſpinis tot labor ꝓ mūdo videt peccatorib⁹ feliciter manē ⁊ in delitijs. O ſi poſſem⁹ ait Aug. nos ipſos excitare ⁊ nobiſcū amatores mūdi excitaꝛ: vt eēnt tantū amatores dei q̄tū ſūt ſeculi perituri: demū: Etiaz tāta ē miſeria huius vite vt nō ſit q̄ faciat bonū ſemp eē q̄tūcūq; ſāctus nō eſt vſq; ad vnū. ſ. xp̄m ipo excepto cū matre ſua. Non eſt q̄ faciat bonū ſuper trā ⁊ nō peccet: vt dicitur. xxx. Reg. viij. ⁊ Eccleſiaſtes. vij. q̄ nūmo ſepties i die cadit iuſt⁹: q; ſeptē mōis per ignorātiaz: p negligentiā p incotinētiam ſenſuuz p impatientiā: p inſipiētiaz diuinor: p ingratitudinem: p afficientiaz. i. affectuz ioꝛdinatū. Nolite ergo diligere mūdū. Naz et i figurā anathematizauit dñs theſauros Jerico. vt null⁹ de eiſ accipet q̄cq̄. Jerico iterꝑtatur luna: ⁊ ſignificat mūdum valde mutabilē cuius res nō debēt accipi a fideli b⁹ vt eis ihereāt: ſz q̄libz ōbz caſ igni diui amoris exponē: vt ſim ipſum ea diligat ⁊ poſſideat alias cōtrariū faciēs ſicut Achor lapidabitur etna dā natione p ſaluatorē q̄ ē benedictus in ſecula ſeculor. Amen.

Capituluz decimūquintū de. Stultitia.

pſtulancia ē ꝯtra dnm ſapiē.

Tultitia qūe ē

cōtraria dono ſapiētie: fz. Tho. ſe. ſe. q. xlvi. arti. iij. eſt filia luxurie: ⁊ ad ipaz ptinet q; homo habeat faſtidium de deo: ⁊ de donis eius. Unde illa duo vitia q̄ numerat Grego. xxxi. moral. inter filias luxurie. ſ. odium dei: ⁊ deſperatōz futuri ſeculi pentinēt ad ſtultitiaz q̄ſi due partes ei⁹. Pro huius materie declaratōne dicit idē. Tho. vbi ſupra q; nomē ſtultitie a ſtupore videtur ſumptuz eſſe. Unde Jſodorus dicit in li. etymologiar. q; ſtultus ē qui ꝓpter ſtuporez nō mouetur. Et differt ſtultitia a fatuitate: q; ſtulticia iportat hebetudinē cordis ⁊ obtuſionē ſenſuū. Fatuitas aūt inportat totaliter ſpūalis ꝓuatōem ſenſus. Et ideo ꝓueniēter ſtultitia opponitur ſapientie. Sapiens enim ſm Jſodor⁹ dictus ē a ſapore: q; ſicut guſt⁹ ē aptus ad diſcretionez ſaporis ciboꝛ: ſic ſapiens ad cognoſcendum qualitatem rerum ⁊ cauſarū circa ſpiritualia. Et ſic ſtulticia opponit ſapiētie ſicut cōtraria. Fatuitas autē ſicut pura negatio: nam fatuus caret ſenſu iudicandi: ſtultus autem habet ſenſum hebetatum: ſapiēs autē ſubtilem. Inſipiens aūt vt dicit Jſidorus contrarius eſt ſapienti eo q; eſt ſine ſapore diſcretionis ⁊ ſenſus. Unde idem videtur inſipientia ⁊ ſtulticia. Precipue autem videt ſtultus quādo quis deficit i ſententia iudicij que attenditur circa altiſſimam cām. ſ. deum qui eſt finis vltimus ⁊ ſummuz bonum. Quod autez patiat quis ſtuporē ſeu hebetudinem in iudicādo circa vltimum finem pōt eſſe dupliciter. Uno modo ex naturali indiſpoſi

tione sicut accidit in amentibus: ⁊ talis stultícia nō est peccatū qz nō est voluntaria. Alio mō in quātū quis ūmergit sensuz suū rebus terrenis ex quo redditʒ sensus eius ineptus ad percipienduz diuina ſm illud. i. Lozin. ij. Animalis homo nō pcipit ea que dei sunt: sicut ⁊ hō habēti gustum ifectuz humoze nō sapiūt dulcia: ⁊ talis stultícia est peccatū. Uñ dicit ꝓuer. i. Prosperitas stultoꝝ pdet eos: nullus aūt pdit nisi ꝓpter peccatuz. Nec obstat si dicat q̄ peccatū est volūtariū: sed stultícia ē ūoluntaria qz nullus vult eē stult⁹: quāuis. n. nullus velit stultíciā: vult tñ ea ad que cōsequit eē stultū. s. abstrahere sensū suū a spūalib⁹ ⁊ ūmergere terrenis. Nā ⁊ idē cōtingit in alijs peccatis. Nā luxuriosus vult delectationē sine qua nō ē peccatū: vellet. n. frui. delectatione sine peccato Et qz stultícia ſm q̄ est peccatū, puenit ex hoc q̄ sensus spūalis est hebetatus vt non sit aptus ad iudicāda spūalia. Maxime aūt sensus ūmergitur ad terrena p viciū luxurie que est circa maximas delectationes quibus rō maxie absorbet. Jō maxime nascit stultícia hui⁹. ex luxuria. vnde dicit ꝓuer. vij. Stati eā sequit. s. meretricē ignoras q̄ ad vincula trahat stultus Grego. Qui stult⁹ fuit in culpa sapiēs erit i pena. dis. xxxviij. qui ea. De stultícia loquit ps. Simul insipiēs ⁊ stultus pibūt ps. xlviij. quāuis vt dictū est insipiēs videat esse idē, qō stultus sumendo ꝓprie terminos ipos tñ aliqñ ampliant ⁊ restringunt termini i suis significationibus: vt hic. Nā insipiēs pōt dici q̄ nō ꝓspicit in futuro. Stultus aūt q̄ nescit i quo malo sit nūc in pñti ſm glo. vel sic. Insipiēs qui nō attēdit mala pñtia vel futura. Stultus aūt qui ⁊ si attēdit nō cauet: vel sic. Insipiēs cui res nō sapiunt ꝓut sūt. Stultus aūt cui res q̄ nō debēt sapere sapiunt. Diuina. n. ⁊ spūalia i se optima sūt ⁊ suauissima sup oīa iuxta illud ps. cxviij. quam dulcia faucibus meis eloquia tua ⁊c. Eloqa oñi dulciora sup mel ⁊ fauū. Terrena ⁊ carnalia i se aīe amara ⁊ aspera sunt: ſm illud Aug. O ia sūt aspera: ⁊ tu oñe solus es requies. Sed vtriqz peribunt. Peribūt etiā a pñti vita ⁊ eterna vel i aīa ⁊ corpore. vbi Augustin⁹ sic ait Pono te in manu xp̄i esto prudēs ⁊ pspiciēs tibi in postremo: si nō ita facis: simul insipiēs ⁊ stultus peribis. Est enim triplex stultícia.

Prima spiritualis ⁊ gratiosa.
Secūda specialis ⁊ crīminosa.
Tertia generalis ⁊ obprobriosa.

De prima stultícia. §. I.

i. Lozinth. i. Siqs videt inter vos sapiēs esse stultus fiat vt sit sapiens. vbi Ambr. i glo. sic ait. In scripturis diuinis sapientia pro astutia ⁊ callidítate ponit: ergo siquis videt inter vos sapiens eē in hoc seculo idest astutia mūdi: stultus fiat idest mundanam sapientiam: hoc est fastum et elatiónem de illa deponat vt sit sapiens: quasi dicat vt non solum videatur sed vere sit sapiens. Et qua re: quia stultus seculo prudens est deo: hec ille. Ergo hec consistit in contemptu terrenorum et mortificatione vitiorum que videntur stulta apō mundi sapientes. i. Lozintio. primo. Que stulta sunt mundi elegit deus. Unde Gregorius in decimo moral. tractans illud Job. Deridetur iusti simplicitas ⁊ quasi lampas contēpta ait. Sapientia iustorum est nil per ostentationem fingere: sensum verbis aperire: vera vt sunt diligere: falsa deuitare: bona gratis exhibere: mala libentius tolerare quam facere: nulllam iniurie vltionem q̄rere. Sed hoc iustorum simplicitas irridetur: qz ab huius mundi sapientibus puritatis virtus fatuitas creditur. Omne quod innocenter agitur ab eis procul dubio stultum reputatur. Et quicquid in opere veritas approbat: carnali sapientie fatuum sonat: Quid namqz stultius videtur mundo quam mentem verbis ostendere: nihil callida machinatione simulare: non vllas iniurias contumelias reddere: pro maledicentibus orare: paupertatem querere. possessa relinquere: rapienti non resistere: percutienti maxillam alteram prebere? Unde bene huius mundi dilectoribus ille egregius dei sapiens scilicet Moyses ait. Abhominationes egyptiorum ymolabimus deo nostro. Oues quippe egyptij edere dedignantur. Sed quod egyptij abhomonantur hoc israheliti te domino offerunt quia simplicitatem conscientie quam iniusti quiqz velud infima abiectaqz despiciunt: hanc iusti in virtutis sacrificium vertūt Et excolentes iusti puritatem ac mansuetudinez deo ymolant: quam abhominantes reprobi fatuitatem putant: hec ibi. Pertinet ergo ad istam scientiam ⁊ spiritualem stultitiam q̄ homo non moueatur iniurijs aliorum: ex eo videlicet q̄ homini non sapiunt terrena: sed celestia sola: ⁊ hec est vera sapientia. Nam q̄ aliquis nō commoueatur iniurijs ex eo q̄ est simpliciter circa omnia stupidus hoc pertinet ad stultitiam simpliciter sicut in amentibus qui nō discernunt quid sit iniuria ⁊ similiter q̄ contemnat terrena ex eo videlicet q̄ impediunt profectum salutis affectio illorum ⁊ occupatio ⁊ qz vilia cognoscuntur respectu celestium pertinet ad sāctā stultitiā. Et etiam loq̄ d̄ oīnis ⁊ spūalibus magnifice ultra hūanuz modū. Uñ cū Paul⁹ loq̄ret cū Herode ⁊ q̄busdā alijs magnatib⁹ de visione quā habuerat ⁊ docna xp̄i dicit ei q̄dā. Insanis Paule multe līe ad insaniā te adducūt: q̄bus tñ ipe respondit: nō insanio: f. verba sobrietatis ego loq̄r. Act. xxvi. Sic ⁊ p̄dicatō ap̄lorz d̄ do icānato ⁊ crucifixo stultitia reputabat sapiētib⁹ mūdi. i. Lo. i. Placuit d̄o p stulticiam predicationis saluos facere credentes.

p stultitia tria est. Una. m. inquosa. inquosa.

Nam si confessores ⁊ predicatores promittāt eis pacem cum deo absoluentes a peccatis quos nō debent: ⁊ ab hostibus exterioribus: tamen nō habent verā pacem. Et hoc est q̄ inuehit dñs cōtra sacerdotes. s. antiqui populi dicens Jere. viij. Sanabant cōtritionez. i. exterminiū ⁊ deuastationē mentiū filie populi mei. i. cuiuslibet ꝑsone cum ignominia dicentes. Pax pax. s. erit vobis: ⁊ non erat pax. s. vera. Imperfecti autē sed boni p grāz pacem quidem habent sed nō multā immo modicam. Sentiunt. n. multā repugnantiam carnis ad spiritū: ⁊ si ꝓualeant: sepe etiā cum hominib⁹ nesciunt pacez habere sed de facili turbant: ⁊ turbant pacem alioz cuz tamē aplūs. i. Corin. x. doceat vitare scandala alioz: ⁊ loquit de idolotitis sibi appositis: qui ⁊si possit eis vesci absq; peccato si tamen aliquis dicat esse idolotitum: vtputa reputans ꝓhibitum illud comedere nō debet cui dicit comedere sed abstinere ne cōturbet illū ⁊ inducat ad similia faciendū: vel ad iudicanduz illum comedentez de peccato graui. Unde dicit Si fieri pōt quod ex vobis est: cum omnibus hominibus pacez habentes. Sed perfecti in charitate ⁊ veritate qui perfecte diligunt legē dei: illi habent multam pacem. Est. n. pax effectus charitatis ſm Tho. se. se. q. xxix. Unde sicut posita causa ponit effectus. Ita data magnitudine cause sequit effectus multitudo. Perfecta igit charitate erit ⁊ multa ⁊ magna pax. Nā cum talis habeat passiones sedatas parum belli sentit in carne sua deo etiam perfecte subiectus cum omnibus ⁊ in omnibus inuenit pacem seruans illud. In omnibus requiem quesiui. Eccle. xxiiij. Et sic cauēt a scandalis quod restat declarandum.

Tertio per legem .ℌ.V.

charitatis perfecte euitatur crimen quod est frequens ⁊ multum cōmune. s. scandaluz. Unde dicit: non est illis scandalum. Quod quidem pōt esse tripliciter.

Primo scādalum actiuū ⁊ infra intētionē.

Secūdo scādalū passiuū ꝓpter defectionē.

Tertio scādalū occasionatiuū ꝓter intētionē.

Diligētibus legem dei ⁊ perfectis in charitate nō est in illis aliquod horum ꝓprie ⁊ complete. Scādalum autē actiuū ſm. b. Tho. se. se. q. xliij. arti. ij. est cum aliquis suo dicto vel facto inordinato intendit alium trahē ad aliquod peccatum. Hoc autē semper est peccatum. Nam omne quod recedit a rectitudine rationis est peccatum: sed per scādalū actiuum receditur a rectitudine rationis vt patet ex diffinitione eius. cum dicitur quod ē factum vl dictū minus rectū. i. nō rectū. Hoc etiā ostēdit aplūs dicēs Ro. xiiij. Si ꝓpter cibuz frater tuus cōtristatur. s. sumens inde scādaluz iam nō ſm charitatem ābulas: ⁊ loquit de idolotitis Sed illud quod ē cōtra charitatem vel ꝓter charitatē dei ⁊ ꝓximi peccatū est. Pertinet enim ad charitatem impedire proximum a peccato quātum i eo est quod fit per fraternā correctōez que est actus exterior charitatis. Sed per scādalum actiuum ex itētōe querit quis nocumētum spūale: ⁊ sic agit contra charitatem ⁊ actum fraterne correctionis. Est autem nō solum peccatum sed speciale distictum a ceteris scandalum actiuuz ⁊ ex itētōe. Et ratio est ſm Tho. q. ea. arti. iij. Finis qui itēditur i operibus humanis cōstituit ⁊ dat speciez i moralibus siue vicijs siue virtutibus: vñ vbi est specialis finis i opere: ibi est specialis virt⁹ vel vicium oppositum. Sed i tali scādalo est spālis finis. s. itēdere ruinam spūalem. i. peccatum ꝓximi. Et quāuis ex quolibet actu peccati possit quis itēdere ruinam ꝓximi: dum. s. agit illud ea itētione vt suō exemplo vel verbo īducat alium ad maluz: vt furādo: occidēdo: peierādo: fornicādo: ⁊ huiusmodi: propter quod omne peccatum pōt esse materia scādali actiui: tamē vltra malicia materie ex illa speciali intētione īducēdi aliū ad maluz per illud habet q̄ sit ibi speciale peccatum. Sed pōt etiam reperiri ist̄ud peccatum spāle scādali: sine materia alioz peccatoruz: cum videlicet quis facit aliquid quod de se nō est maluz sed habet similitudinem mali itēdēs per illud inducere ad ruinam: sicut si quis recumberet i idolio vel comederet idolotita ea itētione vt īducerz alios ad simila faciēdum i veneratōem idoli qō tamē ipse nō veneraretur: illud de se malum non esset: sed propter intētionem prauam cōmitteret speciale peccatum. Unde ⁊ apostolus admonet a talibus abstinere etiaz nō itēdēdo ruinam ꝓximi dicēs Ro. xiiij. Bonum est nō māducare carnem ⁊ nō bibere vinum: nec i quo frater tuus offēdit aut scandalizatur aut infirmat. s. agere que. s. q̄s pōt omittere sine periculo vel detrimento psone sue. Et appellat offensionē indignationē alicui contra eum qui peccat. Infirmitatem vero ꝓpter pusillitudinem ad ruinam. Scandalum autem ipaz impactionem. s. ruinam in peccatuz vel retardatio a bono. Et ab omnibus cauendum. Est autem ist̄ud peccatum aliquando mortale aliquādo veniale ſm Tho. in quarto. Nam mortale ē cum quis per suum verbum vel factuz quodcūq; intendit inducere ad mortale. Similiter etiaz si quis per actum peccati mortalis intendit inducere ad veniale esset mortale: puta si quis inferat alicui contumeliam detractionem ⁊ derisionem notabilem vt faciat illum irasci vel indignari ⁊ huiusmodi. Sed si per actum peccati venialis intendit ducere ad peccatum veniale etiam veniale est. De tali scandalo mortali dicit xp̄us Mathei. xviij. Qui scandalizauerit vnum de pusillis his expedit ei vt suspendatur mola asinaria in

collo eius ⁊ demergat in ꝑfundū maris. Ubi dīc hiero. Multo melius ē ꝑ culpa breuē recipe penā q̄ ꝑ eternis cruciatibus seruari: sed pena eterna nō debet nisi ꝑ mortali. Unde ex hoc ostēdit scā dalū actiuū aliq̄n ee mortale. Ad qō ēt facit qō ait aplūs. i. Lozin. vij. vbi loquēs de scandalizantibus alios operibus suis inq̄t. Percutiētes cōsciētiā fratrū infirmā in xp̄m peccatis. Sed peccatū qō in deū cōmittit ē mortale: q̄ soluz mortale auertit a deo. Scādalizare aūt alios est peccare i deū ſm inductā auctem. Ad idē facit qō ait Augu. de peni. di. i. Noli putare te nō esse homicidā cū fratri tuo malū persuades. ſ. mortale. Si eniz fratri tuo malū ꝑsuades occidis te ⁊ aliq̄n frēm ip̄m: cū. ſ. assentit ꝑsuasioni male: qō ē scādalizare: nō aūt occidit ania nisi ꝑ mortali in quātum ſ. ꝑuat ꝑ illud gratia. Sic scandalizauit Balaam ariolus filios israel: seu potius docuit Balaac regē Moabitaꝝ qūo scandalizaret populū israel ꝑut dicit Apoc. ij. Docebat Balaac. ſ. ip̄e Balaā mittere scandalū coꝝā filijs israel: cōsulendo vt licet q̄ mulieres ornatas Moabitas mitteret ad castra filioꝝ israel cū idolis earū vt inclinarēt eos ad fornicandū cū eis: ⁊ per hoc ad idolatranduz qō malū secutū est ſz acriter punitū cū illis q̄ consuluerūt ⁊ dederūt illud scādalū: vt patet numeri. xxiij. Istud aūt scandalū actiuū nō ē in pfectis ⁊ de ip̄is loquit auctas p̄s. Nō est illis scandaluz actiuū. ſ. pfectis. Et rō ſm Tho. q. ea. arti. vi. q̄ scandalū actiuū ꝑprie ē cū aliquis facit vel dicit aliquid intendens inducere ad ruinā: vel si non intendit hoc ip̄m: tamē opus tale est vt natū sit inducere aliū ad ruinā: quod euenit q̄ inordinatū ē. Ad pfectos aūt ptinet ea q̄ agunt ſm regulam rōnis ordinare: ſm illud. i. Lozin. xiij. Oia honeste ⁊ ſm ordinē fiant in vobis: ⁊ p̄cipue hāc cautelā adhibēt in his in quibus nō solū ip̄i nō offenderēt: sed etiā alijs offensionē pararent. Et si q̄d i eoꝝ dictis vel factis ab hac moderatione desit: h̄ ꝓuenit ex infirmitate humana ſm quā a pfectione deficiunt: nō tū in tm̄ defitiūt vt multū ab ordine rōnis recedat sed modicū ⁊ leuiter qō non ē tā magnū vt ex hoc rōnabiliter possit ab alio sumi occasio peccādi: ⁊ p̄cipue mortaliter qō impoꝛtet stricte ruinā. Docuit xp̄s suo exemplo vitare alioꝝ scādalū quādo soluit tributū cū tamē non teneret dicēs Petro. Ut nō scādalizemus eos: vade ad mare ⁊ mitte hamū Math. xvij. Quo exemplo docet Grego. cuz q̄s scādalizat ex infamia orta cōtra aliquos debent ostendere innocētiam suā se excusando ad tollēdū scandalū ortū. xi. q. iij. Inter verba. Scādalū passiuū dicit ſm Tho. se. se. q. xliij. arti. iij. cū quis ex dicto vel facto alterius bono vel malo vel habēti spēm mali scandalizat. i. in aliquod peccatū ruit. Non. n. ruit quis ruina spūali nisi ꝑ aliquod peccatū. Nō est autez scandalū passiuū spāle peccatū quia ex dicto vel facto alterius cōtingit aliquē ruere ſm q̄cunq̄ genus peccati. Nec hoc ip̄m quod ē sumere occasionē peccādi ex facto vel dicto alterius cōstituit spālē rōez peccati: q̄ ñ ipoꝛtat spālē deformitatē spāli vtute opposita. Et h̄ scādalū passiuū q̄nq̄ est veniale cū. ſ. quis ex facto vel dicto alterius inordinato ruit in veniale peccatū. Mortale aūt ē cū ex inordinato facto vel dicto alterius labit in mortale siue hoc intēdāt siue nō intēdat scandalizans: ⁊ aliquādo sine peccato alterius quis scādalizat graviter peccans: sicut cū quis turbat vel aliquod aliud malū agit ex bono opere vl doctrina rōnabili alterius. Et sic pharizei audito vbo a xp̄o. ſ. Nō q̄ō intrat ꝑ os cē. scandalizati sunt. Math. xv. Et sic aplī ex passione xp̄i scandalizati sunt. Nā vidētes euz capi ⁊ ita male tractari amiserunt fidez de eius diuinitate quā prius crediderant ꝑ multa signa ꝓbabilia edocti: ⁊ sic in ruinā iciderūt: ſm illud q̄ ꝑdixerat eis dicēs. Oēs vos scandalū patiemini in me nocte ista. Math. xxvi. Et certū ē q̄ in xp̄o nullū fuit peccatū nec ēt in aplis ꝑdicantibus fidē xp̄i q̄ō tamē erat iudeis scandalū: vt dicit. i. Lozin. i. Et sic scandalū actiuū erat nō in xp̄o sed in scādalizatis: q̄ ip̄i se scādalizabant ex indispositione sua sumētes sibi ruinaz ex facto vel dicto xp̄i: quod nō erat de se inductiuū ad ruinā ſz ad virtutē: ſm Tho. vbi supra Et Mathei. xi. Beatus qui nō fuerit scandalizatus in me. i. q̄ videndo vel audiēdo passionē meā nō inde dedigneť ex hoc credere diuinitatē meaz ꝓpter ignominiā passionis. Hoc aūt scandalum passiuū ꝓprie nō reperit in pfectis in charitate. Et sic dicit p̄s. Nō est illis. ſ. pfectis scandalū passiuū cē. Et rō ſm Tho. se. se. q. xliij. arti. v. Scādalū passiuū ipoꝛtat quandā cōmotionē animi a bono i eo qui scandalū patit. Nullus aūt cōmouet qui ei imobilis firmit iheret. Maioꝛes autē siue pfecti soli deo inherēt cuius ē imutabilis bonitas: quia ⁊ si inherent suis ꝓlatis nō inherēt eis nisi in quantuz ip̄i ꝓlati inherent xp̄o: ſm illud i. Lozinthi. iij. Imitatoꝛes mei estote sicut ⁊ ego christi. Unde quantuncunq̄ videant alios i suis dictis vel factis inordinate se habere ipsi a sua rectitudine non recedunt secunduz illud p̄s. cxxiij Qui confidunt in domino sicut mons sion. ſ. firmierūt: non commouebitur in eternuz qui habitat in hieruſalē. Non ergo in his qui perfecte adherent deo ꝑ amoꝛez inuenit scandalum. Quāuis. n. perfecti viri ex infirmitate carnis incidant interdū in aliqua peccata venialia: nō tñ ex aliorū dictis vel factis scandalizant ſm perfectam rationem scandali: sed pōt esse in eis aliqua appꝛopinquatio ad scandaluz: ſm illud p̄s. lxxij. Mei aūt pene moti sunt pedes: q̄ zelaui sup iniquos cē. Q̄ autem dixit xp̄us Petro. Scandalum es

mihi. Mathe. xvi. ibi sumit impropie seu large scandalum pro impedimento non .s. quia xp̄us fuerit scandalizatus sed quia cū narrasset passionē suā xp̄s discipulis in via. Petrus pietatis affectu ad eū posuit se ante eum quasi impedire volens iter suū ad locū passionis dicens. Propitius esto tibi: nō erit tibi hoc. Ideo xp̄s dixit sibi. Vade post me scandalū es mihi. i. impedire vis passionē. Non ergo pfecti sed imperfecti ⁊ mali sūt qui de facili scandalū passiuū incurrunt. Unde Hiero. dicit sup illud Math. xviij. Qui scandalizauerit vnū de pusillis istis dicit. Nota q̄ scādalizat̄ puulus est. i. iperfectus. Maiores. n. i. perfecti scādalū nō recipiūt. O quāta fatuitas hominū vt imitari velint exempla malor̄ ⁊ nō p̄bor̄ Quis est ille tā demēs qui si videat aliū i fluuiū se iactare: vel se vulnerare aut res suas p̄icere velit illū imitari etiā q̄ sit potēs vel sapiens ⁊ non potius illū irrideat: illū q̄ imitet qui q̄rit p̄motōnē bonor̄ suor̄: Et que sunt vera bona nisi virtuosa opera. O quanta fragilitas p̄sonar̄ vt ex quolibet leui verbo vl̄ inordinata facto p̄mittat se scandalizari. i. ruere in aliquod malū. Et ideo signanter dicit Mathe. xviij. Ue mūdo a scandal̄ Multi. n. incidūt in magna peccata quib' ue dānationis reseruat̄ ex factis ⁊ dictis alior̄. Docet aūt xp̄us ibidē vitare occasiones: quibus quis scādalizat̄ dicēs. Si oculus tuus dexter scandalizat te erue eū ⁊ p̄ice abs te. Et idē dicit ō pede ⁊ manu. Ubi notandū q̄ nō debet illud intelligi superficialiter sicut fecit ille iuuenis qui hoc audiēs a beato Petro martyre cū sibi cōfessus esset q̄ pede calcem dedisset matri: abscidit sibi pedē: ⁊ tamē miraculose fuit per eū sibi restitutus. Quantum igit̄ ad sensū litteralē vult dicere xp̄s q̄ si oculus i. aspectus alicuius rei puta mulieris scandalizat te. i. dat tibi occasionē ruendi in peccatū temptationis cōcupiscentie vel odij vel auaricie: ⁊ huiusmodi: ita. s. q̄ ex visu talis rei vel persone ruis in peccatū vel fortit̄ impugnaris: remoue a te talez aspectū: nō respicias illud: ⁊ sic oculū salubriter eruisti ⁊ nō scandalū recipies inde. Similiter de pede ⁊ de manu intelligendo p̄ pede accessuz ad aliquē locū qui videat multū vtilis. Sed si exeūdo ad talē locū scandalizaris quia ibi sunt qui te ad peccatū inducāt nō vadas: ⁊ pedez abscidisti. Si man' tua dextera .i. aliquod opus ēt q̄ō in se est piū vel spūale est inductiuū ad peccatuz puta audire cōfessionē alicuius vnde cadis in lasciuiā vel quem nō intelligis in suis factis p̄pter ignorātiam tuā: abscide. i. non facias tale opus. Moraliter vero oculus dexter est cōsideratio speculatiua vel exercitiū vite cōtēplatiue vl̄ doctor aut cōsiliarius vel p̄latus alicuius. Manus est exercitium vite actiue vel aliquis amicus vel benefactor quo indiget vel operando vel in victū ēdo vel subueniēdo necessitati sue. Pes ē affectio ad aliquaz p̄sonā. Unde Augu. Pes meus est amor meꝰ eo fertor quocūq̄ fertor: que affectio ⁊ si videat spūalis si scandalizat te quia inde plurimū temporis amittis ⁊ in dei amore tepescis vel in tēptationes incidis graues vel alias quietē perturbas: de hoc murmurat̄ p̄pter indiscretā huiusmōi p̄uersationem. Omnia ista tollenda sunt etiaz si vtilia mlt̄um viderent: vt nō incidat quis in scandalū passiuum. Et idē de affectionibus inordinatis ad liberos ⁊ ad honores officia gradus ⁊ huiusmodi Unde ⁊ p̄uer. xxij. dicit. Noli esse amicus homini iracundo ⁊ē. ne ponas scandalum anime tue. Et Eccle. vij. dicit. Noli querere fieri iudex si nō vales virtute irrumpere iniquitates ne ponas scādalū i agilitate tua. Et Eccle. xxxij. c. Ne tradas te vie laboriose: ne ponas anime tue scandalum. Et xp̄s ait Joh. xvi. Hec locutus sum vobis vt nō scandalizemini. Scandalum occasionatiuū ē q̄ō est per accidens ⁊ preter intentionem vt cū quis suo dicto vel facto inordinato non intendit dare alteri occasionem ruine sed solum sue sat̄ facere voluntati ⁊ sic scandalū non est semper speciale peccatū quia quod est per accidens nō cōstituit speciem ſm. b. Tho. se. q. xliij. arti. iij. Et tale scandalum potest esse ⁊ veniale ⁊ mortale. Ueniale. s. quis cōmittit actū peccati venialis vel actū qui ſm se non est peccatum sed habet aliquā speciem mali cū aliqua leui indiscretōne vnde aliq̄s scandalizatur seu trahi potest ad aliquod peccatum. Mortale autem cum committit actum peccati mortalis alīs manifestum: siue etiaz quia cō tempnit salutem proximi: ⁊ vt pro ea conseruanda nō pretermittat aliquis facere quod sibi libuerit quantuncunq̄ quis scandalizetur: ⁊ tūc etiā committendo quod esset de se veniale vel haberet speciem mali estimando q̄ aliq̄s ex tali actu eius ruet in aliquod mortale ⁊ sine sui periculo vel detrimento posset illud dimittere ⁊ non faceret quia non curat de salute proximi dummodo sue voluntati satisfaciat: esset ei mortale: quia cōtra charitatem qua quis tenetur prouidere saluti proximi: sicut mulier perpendens vel estimans ex signis aliquem trahi ad concupiscentiam sui extra matrimonium offerat se indifferenter aspectui illius non intendens ex hoc illum inducere ad concupiscentiam suam sed nec etiam de hoc curans sed volens satisfacere voluntati sue seu leuitati in discurrendo per loca vel morando ad hostium domus vel fenestras ex quadam curiositate vel vanitate vt laudetur de pulchritudine mortale esset. Secus si hoc non estimaret vel nō oī posset illa dimittē vt q̄ oportet ire ad eccl̄iaz vl̄ alia loca: ⁊ aliq̄n cū vicinis morari i via ne reddat se alīs onerosā: ⁊ de eo displicentiā habeat. Similiter cū q̄s habz nimiā familiaritatez cuz alī

p scandalū actiū ē mortale venialis.

qua persona suspecta ⁊ sentit homines scandali-
zari nepharia de eis iudicando ⁊ loquendo: nec
vult dimittere nō curās q̄ alīj scādalizent: q̄uis
nō intendat aliquod nepharū nec illos scādali
zare: cū nō subsit cā necessaria illius familiarita-
tis peccat mortaliter dādo occasionē talis ruine
Et de hoc intelligit illud Math. xviij. Ue illi p̄
quē scādalū venit. Ue autē importat dānationē
eternā. Et signanter dicit venit. q. d. etiā si hoc non
intenderet. s. scandalizare: tamē opus eius tale ē
q̄ inde venit scandalū. O q̄ hoc miserabile pec-
catū in mundo abundat: ⁊ nullaz vident sibi ho
mines facere cōscientiā. O ornatus mulierū taz va
nus: tripudiatus: ⁊ cantus quid ē nisi magnū scā
dalū ⁊ laqueus aiarum. Ecce mulier inquit Sa
lomon puer. vij. in habitu ornata meretricio ad
capiendas animas. q. d. ad hoc operat ille ornat⁹
ad scādalizandū ⁊ capiēdū aias peccato luxurie.
Uerba ⁊ gestus lasciuijs plena que dicunt quot-
tidie iuuenes inuicē ex loquacitate vel solatio q̄d
sunt nisi magnum scādalū sibi ⁊ alijs audientib⁹
Lorrūpunt enim bonos mores colloquia mala
ait apls. i. Lorin. xv. Lōtumelie: detractiones: de
risiones: susurrationes: cōtentiones: ⁊ pturbatio
nes: generant vtiq̄ magnū scandalū alijs. Eccle.
xxiij. Superbus ⁊ maledicus scandalizabit. s.
alios. Blasphemie: piuria: maledictiones: fraudes:
non audire diuina: ⁊ ñ sumere sacramēta: ⁊ alia
mala opa que vident filij in parentib⁹ suis q̄d fiūt
nisi magna scandala eis vt similia discant opari.
mala vita manifesta rectoz ⁊ platorūz: ecclesie:
ambitio: auaricia: simonia: pompa vestiū: exqui
site epule: species varie luxurie: nōne magnū scā
dalū totius populi xp̄iani. Unde dns Malachi.
ij. Scandalizastis plurimos in lege. s. ppter exē
pla male vite vestre. Et Hiero de eis. Hi vertunt
in laqueū toztuosuz ponētes scādalū in omni lo
co. xxiij. q. iij. Transferunt. Sed vt dicit Grego.
Scire debent plati si vnq̄ delinquūt: q̄ tot mor-
tibus digni sunt quot exempla perditionis ad ce
teros transmittunt. ij. q. i. Notum. Debet ergo q̄
libet cauere ne verbo vel facto aliquē scandalizet
iuxta illud apli. ij. Lorin. vi. Nemini dantes vllā
offensionē vt nō vituperet ministeriū nostrum.
Perfecti in charitate vtiq̄ sūt liberi etiā ad hoc
genere scandali. Nā ⁊si cōmittunt aliquādo ali-
qua peccata: tamen nō sunt talia ⁊ tam magna
q̄ aliq̄s rōnabiliter possit sibi sumere occasionez
ruine spūalis ſm Tho. vbi supra arti. vi. Et sic ō
huiusmōi Pax multa ꝛc̄. ⁊ hoc dum perseverāt
in perfectione. Possunt. n. a gratia discedē: ⁊ tūc
facta eoz mala que nota fiunt magis scādalizāt
q̄ alioz. Et ex hoc aggrauat peccatū eoz magis
q̄ aliorum. Et si arguatur in cōtrariū: q̄ Petr⁹
post aduentū spūs sancti fuit in statu perfectoz:
⁊ tamē gentiles cōuersos scandalizauit in obser-
uatione legalium. Unde dicit apostolus ad Gal.
ij. Cum vidissem q̄ nō recte ambularet ad veri
tatē euangelij dixi Cephe. i. Petro coram omnib⁹
Si tu cum iudeus sis gentiliter ⁊ non iudaice vi
uis quomodo gētes cogis iudaizare: ergo ꝛc̄. Re
spondet. b. Tho. vbi supra articulo. vi. q̄ Petr⁹
peccauit quidez ⁊ reprehensibilis fuit ſm sniam
Augu. ⁊ ip̄e us Pauli quāuis Hiero. dicat cōtra
rium in hoc q̄ subtrahebat se a gētilibus vt vita
ret scandalum iudeoz: quia hoc incaute aliqua
liter faciebat ita q̄ gentiles ad fidez conuersi scā
dalizabantur. Non tamen factum Petri erat ita
graue peccatum q̄ merito possent alij scandaliza
ri ⁊ sic patiebantur scandalum passiuum absq̄
hoc q̄ in Petro esset scandalum actiuum sed in
dispositio aut imperfectio eorum eos scandaliza
bat.

Queritur utrum. §. VI.

bōa sint dimittenda propter scandalū aliorū vi
tandum. Et primo de spiritualibus bonis. Secū
do de temporalibus. Tertio de sacramentalibus
⁊ vtrum mutanda. Et pro fundamento huius ma
terie sumat regula iuris qua dicitur vtilius scan-
dalum nasci permittitur q̄ veritas dimittat ex
tra de regu. iur. Utilius vbi glo. ibi ⁊. b. Tho. in
quarto notant triplicem veritatem. s. vite: doctri
ne: ⁊ iusticie. Et dicit Hiero. q̄ dimittendum est
propter scandalum. s. vitandū omne q̄ ptermitti
potest salua triplici veritate. s. vite: doctrine: ⁊ iu
sticie: Quinimmo ⁊ veritas iusticie ⁊ doctrine:
quādoq̄z ppter scandalū dimittenda ē ſm Tho.
Rai: ⁊ Ul. vnde dant versus. Est veritas vite: do
ctrine: iusticieq̄z. Primū semper habe duo alia p
pter scandala linque. s. aliquando. Quod intelli
gendum est non quidez vt doceat aliqua falsitas
propter scandalū vitandū sed vt taceat veritas ñ
necessaria. Et similiter nulli fienda est iniusticia
s. vt dānet innocēs ppter vitanduz scandalū alio
rū. Sed dormire pōt seueritas vt nō puniant q̄
meruerunt. De bonis igit spūalibus que reperiū
tur in veritate vite iusticie ⁊ doctrine: cuz queritur
vtrum sint dimittenda ppter scandalū vitanduz
Respondet. b. Tho. se. se. q. xliij. arti. vij. q. q̄stio
ista nō habet locū in scandalo actiuo quia nihil
faciendum ē cū scandalo actiuo quod est factum
vel dictū minus rectum: sed habet locū in scāda
lo passiuo. Pro cuius declaratione notanduz q̄
in spiritualibus bonis quedam sunt de necessita
te salutis. que pretermitti non possunt absq̄ pec
cato mortali. Manifestum est autem q̄ nullus
debet peccare mortaliter vt alterius peccatuz im
pediat. Et ratio est quia magis tenetur quilibet
suam salutem spiritualem diligere q̄ cuiuscunq̄
alterius cum non solum ipse actus dilectionis sz
etiam ipse ordo diligendi sit in precepto: qui est

vt prius ⁊ magis se ꝙ alium diligat fm Tho. Fa
tue ergo faciūt q̄ ꝓpter tollēdum scādalū alioꝝ
ꝙtūcūq; graue peierant vel aliq̄ criminale faci
unt: qđ tm frequēter accidit: qui imo' nec veniale
ꝓmittēdum est ꝓpter alioꝝ scādalum vitādum:
q̄uis hoc aliqui dixerint: qđ. b. Tho. vbi supra
reprobat. Et rō ē fm ipm quia hoc implicat con
traria. Nam si faciēdum est: iam nō ē malum nec
pctm̄. Nullus. n. peccat faciēdo quod debet. Si
āt peccatum ē: eligibile nō ē: ergo fieri nō dz. Ad
quod facit qđ ait. Aug. xxij. q. ij. faciat. Cum salu
ti hoīs nisi peccando ꝙsulere ñ possit: iam se exīsti
met non habere quod faciat. Et q̄uis ꝓ veniale ñ
tollatur homini gratia ꝓ quam ē ei salus: tum in
quātum veniale disponit ad mortale: ⁊ sic vergit
in detrimēto salutis. Unde ꝫ veritatem vite pōt
bñ quis aliquādo facere quid qđ ex genē esset ve
niale vt verbum ociosū: ⁊ tamen dicendo ad tol
lendum scandalum vel ad subleuandum tedium
tūc ñ erit peccatum: nec ꝓprie ociosum nisi mate
rialiṫ. Quedaꝫ alia bona spiritualia sūt q̄ nō sūt
de necessitate salutis: vt dare elemosynas: ieiuna
re: ingredi religionem: ⁊ huiusmodi. Et i his dīsti
guendum de scandalo: quia aut scandaluꝫ quod
ex eo oritur ꝓcedit ex malicia cum scilicet aliqui
volunt impedire huiusmodi spiritualia bona' scā
dala concitando. Et hoc dicitur scandalum pha
riseoꝝ qui de doctrina xp̄i scandalizabantur:
⁊ hoc esset cōtemnendum: sicut xp̄s docuit. Ma
the. xv. dicens. Sinite eos. ſ. scandalizari: nec di
mittatis bona opera ꝓpter tale scandaluꝫ ex ma
licia ꝓcedens. Aut scandalum ꝓcedit ex infirmi
tate vel ignorantia: ⁊ dicitur scandaluꝫ pusilloꝝ
Et ꝓpter hoc scandalum spūalia opa sunt ocul
tanda vel interdū deferenda: vbi piculum ñ imi
net quouscq; reddita rōne scandaluꝫ cesset. Sī āt
post redditam rōem hoc scādalum duret iam vi
detur ex malitia esse. Et sic ꝓpter ipsum nō sunt
huiusmodi opera spiritualia dimittenda. notan
dum etiā fm. b. Tho. vbi supra ꝙ in veritate vite
⁊ doctrine ⁊ iustitie: non solum ꝙpēditur id qđ
ē de necessitate salutis: sed etiā illud ꝓ qđ pfecti'
ꝓuenitur ad salutē fm illud. i. Cor. xij. Emula
mini charismata meliora. Uñ ꝙsilia non sūt sim
plicit̄ ꝑtermittēda: nec ēt opera mificoꝝdie ꝓpter
scandalum: ⁊si sint iterdum ocultanda vel differē
da ꝓpter scādalum pusilloꝝ vt dictum est. Si er
go ꝓpter ingressum religionis alicuius pentes vel
alīṫ scādalizātur vsq; ad mortez anime vel co:po
ris non debet aliquis ꝓpter hoc dimittere ingre
di religionem. ⁊ omnia mala que inde sequerent
non imputantur ei qui ingreditur sed illi qui faci
unt seipsos sine cā scādalizantes. Si tamē ex aliq̄
dilatione ista scandala auferi verisimiliter estima
rētur ⁊ illi periculum nō ūmineret non valēdi p'
ea religionē ingredi differre deberent. Sciēdum
etiam ꝙ obseruatio ꝙsilioꝝ ⁊ impletio oꝑum mi
sericoꝝdie sunt q̄nq; de necessitate salutis: qđ pz in
his qui iam nouerunt ꝙsilia: ⁊ in his in q̄bus ex
debito ūminet defectibus aliorum subuenire vel i
tēporalibus: puta pascendo esurientem: vel in spūa
libus docendo ignorantes: siue fiat debitū ꝓpter
iniūctum officiū vt patet in ꝓlatis: siue ꝓpter ne
cessitatem indigētis: ⁊ tūc eadez rō ē de huiusmōi
sicut de his que sunt de necessitate salutis. Quan
tum igitur ad veritatē doctrine cū dicitur ꝓpter
scandalum cē dimittēda: hoc est sic intelligēdum
secundum. b. Tho. vbi supra vt non quidem do
ceat falsum aliquod ꝓpter vitandum scandalum
quia hoc est de necessitate salutis. ſ. non docē falsi
tatem sed veritatem: ⁊ etiam non tacere veritatē
cum est necesse pro salute aliorum. Unde. Cryso.
dicit ꝙ non solum ꝓditor est veritatis qui trans
grediens veritatem palam ꝓ veritate mendaciuꝫ
loquitur: sed etiam qui non libere veritatem pro
nunciat quam libere pronunciare oportet aut ñ
defendit veritatem quam defendere conuenit:
proditor est veritatis. xi. q. iij. Nolite. Sed ipe ac
tus docendi potest pretermitti secundum congru
entiam temporum ⁊ personarum ab eo cui īcum
bit officium docendi: vel simpliciter quando ex
doctrina seu predicatione non sequitur aliquis
fructus: ⁊ scandalum aliorum: vel secundum q̄d
scilicet quo ad aliquam materiaꝫ: puta in aliqua
ciuitate vel castro sacerdotes sunt concubinarīṫ
quasi omnes nec est spes correctōnis eorum: quia
prelati non curant: immo forte sunt in eadem dā
natione. Si predicator dicat populo eos vitando
in officīs ⁊ sacramentis nec sperat per hoc reme
dium adhiberi sed scandalum sequi: ꝑmo ipōrum
clericoꝝ: secundo populi qui nihilominus nō
vitabunt eos: audiendo etiam hoc cē ꝑceptum ec
clesie: vel contemnent eos ⁊ sacramēta eorum: vt
quid perditio hec? Quare non potius reticendū
populo? ⁊ ignorantia que iuris positiui est excusa
bit eos: hoc Duran. ordinis minorum in summa
Et multa similia possent hic applicari. Nec ē con
tra quod dicitur di. xlīj. c. Dispensatio celestis se
minis nobis est iniuncta. Ue si non sparserimus:
ve si tacuerimus. Intelligitur enim hoc ō doctrīa
necessaria ad salutem: ⁊ cum speratur fructus ⁊si
alīṫ inde scandalizentur. Alias tacere docet Hie.
xi. q. iij. Quando ergo. Quantum ad veritatem
iusticie quomodo sit dimittenda propter scanda
lum. ſ. correctio. Sciendum secundum. b. Tho.
vbi supra, ꝙ cum penarum inflictio non sit ꝓpter
se expectanda: sed infliguntur pene vt quedā me
dicine ad cohibendum peccata. Ideo in tantum
habent rationem iusticie in quantuꝫ peccata per
eas cohibentur ⁊si non ipsius delinquentis: qui
si ex punitione maxime scandalizaretur non pre
termittenda esset punitio sed tamen aliorum qui

ex punitione peccantis sibi cauent a malis ne si milia patiãtur. Sed si ex inflictione penarũ seu punitione alicuius vel plurium delinquẽtũ plura ⁊ maiora mala possent sequi vel ꝓbabiliter dubitaretur de huiusmodi. tunc inflictio penaruz nõ ꝓtinebitur sub iusticia: ⁊ tũc punire ñ pertinz ad veritatez iustitie: ⁊ per consequẽs non punire nõ ẽ contra iusticiam. Et hoc precipue accidit quando multitudo est in scelere vel aliquis qui habet magnam sequelam adherentium. Unde Aug. dicit in huiusmodi causis vbi per graues dissẽsiones scissuras non huius vel illius hominis periculum sed populorum strages iacet: detrahẽduz est aliquid seueritati vt maioribus malis sanãdis charitas sincera subueniat dicti. l. Ut constitue ret ⁊ di. xliij. c. Lomessatões ⁊. xxiij. q. iij. c. Nõ potest. Correctio autem fraterna qz ordinatur ad correctõnem ⁊ emẽdationẽ eius qui corrigitur: nõ cum de tali correctiõe verisimiliter creditur ꝙ scãdalizetur: non tenetur ad eam: nec eã facere debz secus si non scandalizatur ipse correctus: sed alij ex eius emendatione: quia tunc non dimittenda. Quantum ad veritatem vite pertinet vt non solum quis abstineat a malis sed ẽt ab his que hñt speciem mali. Et propter hoc dicit apostolus. Si esca scandalizat fratrem meum non manducabo carnes in eternum. i. Cor. viij. Loqtur enim de cãne idolis imolata: quam comedere ꝓcipue coram simplicibus habebat speciem mali quia poterãt credere ꝙ hoc faceret in venerationem idoli. Et sic scandalizabantur in illo ꝙuis non esset maluz non comedendo in venerationem idoli. Et idem dicendum est de quocunqz cibo. s. ꝙ cum qs scandalizatur super esu illius ab alio vt quia ẽ contra morem patrie vel contra comunem ꝓhibitionez ꝙuis in se illum cibuz posset licite edere: debz abstinere ne alios scandalizet vel rationem assignare: puta si ex infirmitate hoc facit. Cibum autem necessarium sibi ad vitam siue carnium siue aliarum rerum: non debet propter scandalum aliozz hoc dimittere simpliciter: quia hoc pertinz ad necessitatem salutis. secundum Tho. vbi supra ar. viij. sed sedare si apte potest. Infamiam etiam iuste exortam homines quasi credentes hoc scandalizãtur debet pro posse purgare illis modis qbus licite potest vel ostendendo innocentiem suam ⁊ falsitatem obloquentium vel approbationes faciendo inducere vt cõuincantur de mendacio vel p alios modos iustos. Et hoc notat Aug. xi. q. iij. c Non sunt audiẽdi: vbi in fine dicit. Nobis necessaria est vita nostra. s. bõa. Alijs ãt fama nostra.

De secundo scili. §. VII.

cet de temporalibus bonis vtrum sit dimittenda propter scandalum eorum a quibus repetuntur. Respondet. b. Tho. secunda secunde. q. xliij. ar. viij. Distinguendum est de huiusmodi bonis qa aut nostra sunt: aut sunt ad cõseruãdũ pro alijs nobis commissa sicut bona ecclesie committunt prelatis: ⁊ bõa comunia quibuscunqz reipublice rectoribus. Et talium conseruatio sicut ⁊ depositorum imminet his quibus cõmissa sunt ex necessitate. Et ideo non sunt propter scandaluz dimittenda: quin scilicet reputantur: vel promittenda auferri: sicut nec alia que sunt ꝺ necessitate salutꝫ Et sic. b. Tho. cantuarien. archiepiscopus nõ dimisit quin repeteret res ecclesie: ꝙuis inde sequẽtur scandalum regis Anglie. Si vero bõa temporalia nostra sunt ⁊ ipsorum domini sumus: dimittere ea distribuendo si penes non sunt vel non repetendo si apud alios sunt propter scandalũ quãdoqz debemus quandoqz non debemus. Si enim scandalum ex hoc oriatur propter ignorantiam vt quia putat esse sua qui detinet vel propter infirmitatem aliorum quod supra dictum est eẽ scãdalum pusillorum: tunc vel dimittenda sunt totaliter vel aliter sedanaduz scãdalũ pusillorꝝ per aliquam admonitionem. Unde Aug. in sermone domini in monte. Dandum est quod nec tibi nec alteri noceat ꝙ ab homine credi potest. Et cum negaueris quod petit iudicanda est ei iustícia. Et melius ei aliquid ꝺabis cum petentem iniuste coarcueris. Aliquando vero scandalum quod nascitur ex repetitione suorum bonorum procedit ex malicia: quod est scandalum phariseorum. Et propter eos qui sic scandala cõcitant ñ sunt temporalia dimittenda: quia hoc noceret bono communi daretur enim per hoc malis occasio rapiendi aliena: ⁊ noceret etiam ipsis rapientibus qui retinendo aliena in peccato permanerent. Uñ dicit Grego. in li. moral. ꝙ cum quidam temporalia nobis rapiunt sunt tolerandi. Quidam vero seruata equalitate prohibendi non sola cura nostra subtrahantur: sed ne rapientes non sua seipsos perdant: hoc Grego. Si enim passim permitterentur hominibus malis rapere aliena vergerz hoc in detrimentuz veritatis vite ⁊ doctrine ⁊ iusticie: ⁊ sic esset contra regulam iuris. Juste tamẽ ⁊ pie ecclesia abstinet a decimis exigendis in ins i quibus non est cõsuetudo decimas soluere ad vitandum sãdalum hominuz. Sicut etiã Apostolus seminãs spiritualia corinthis pie abstinuit a recipiẽdo seu petendo temporalia ab eis ne offendiculum daret euãgelio ne. s. illi scandalizarentur si petisset ab eis qꝺ non erant cõsueti. h Tho. Si autẽ tyrãnus aliquis teneret aliqua bona ecclesie ⁊ ex repetitione inde sequeretur scandalum non soluz tyranno sed ecclesie seu populo vel clero cõtra quem ille malignaretur ita ꝙ maius esset dãnum sequendum ex tali repetitione ⁊ rehabitõne ꝙ ex eius carentia: licitum ⁊ iustum videtur: hoc enim videtur eẽ redimere vexationez suam. Et qꝺ

dictū ē ꝙ ñ ꝺbēt dimitti talia ꝓpt scādalū itelligē dū vī pp scādalū illi⁹ soli⁹: l ita ꝙ nō seq̄tur aliud maius scandalum. De facto b. Tho. Cantuariē: potest dici ꝙ forte illis temporalibus que repete bat erant ānexa spiritualia quoꝝ rex nō erat ca pax: sicut vis ꝑcipiendi decimas ⁊ huiusmodi: vl' et quia multa fecerunt sci ad superogationem et maiorem perfectionē ad que tamen nō teneban tur de necessitate salutis sicut quod Ambrosius prohibuit Theodosium intrare ecclesiam ante publicā pēitētiā factā vel eū i' choro stare: ⁊ hui⁹.

Tertio de . §. VIII.

sacramentis vel etiam de sacramentalibus ⁊ vsu eorū vtrum falsitas aut fictio vel mutatio fieri de bet propter scādalium vitandum. Et dicendum ꝙ nulla fictio vel abusus vel mutatio substantia lis fieri debet. Unde nunquam debet dari hostia non consecrata ne indigne accipiens ad iudiciuz sui sumat quia per hoc non euadit iudicium su mens: ⁊ sacerdos mortaliter peccat. Sed si pecca tor est notorius negare debet quantuncunqꝫ scan dalizetur: si ocultus denegare non debet. Simili liter propter scandalum vitandum confitentis qui si non absoluitur promitit se multa mala fac turum vt desperatum non debet absoluere eum si non proponit se a mortalibus abstinere. Simi liter non debet quis propter quodcunqꝫ scanda lum vitandum vel sue infamie vel alioruz turba tionis celebrare in mortali existens incontritus ⁊ huiusmodi. De sacramentalibus autem licet di cāt Guil. ⁊ Archie. ꝙ possit fieri fictio in eis pro pter vitandum scandalum: puta in aliquo mona sterio de more est ꝙ consecrentur virgines que ꝯ secratio est quid sacramentale: in cuius officio il la que consecratur: dicit se esse virginem: ⁊ sic est ibi fictio seu mendacium si hoc dicat dum conse cratur que oculte amisit virginitatez ꝙ si illa ver ba non diceret vel non consecraretur haberetur pro corrupta: ⁊ sic magnum scandalū ⁊ infamia sequeretur ei. Unde dicunt prefati ad tollendum scandalū tale posse fieri talē ꝯsecrationē cū illis v̄ bis virginitatis. Sed Al. ⁊ Tho. ⁊ Pe. de pal. in iiij. asserunt contrarium. s. ꝙ hoc fieri non debet: quia nec sacramenta neqꝫ sacramentalia propter vitandum scandalum debent mutari: sed potest adhiberi quedam cautela ad tollendum scanda lum: puta ut fiant que non sunt de substantia ue li virginalis: vt accensio candelarum ⁊ huiusmōs mutatis his que sunt de substantia veli virginalii verba. s. que dicuntur impositiōe veli mutato no mine virginitatis i nomē castitatis. Satis concō. Hostiē. ⁊ Gof. per id quod habetur extra ꝙ met⁹ causa. c. i. Nomen virginitatis ꝯgruere potest cor rupte si continens sit. Mutatio in sacramentis q̄ ad substantialia fieri non potest propter scādalū vitandum vel alia de causa etiam ex dispensatio ne pape quia ipsa sunt de institutione diuina: pos set autem fieri in his que non sunt de substantia ipso dispensante: vt circa ritus eorum. Dispensa uit autem Greg⁹. in quodam loco ex necessitate. s. propter carentiam episcoporum ꝙ simplices sa cerdotes possent crismare seu sacramentum con firmationis cōferre ad tollendum scādaluz: ut pz di. lxxxxiiij. c. Peruenit qd̄ de iur̄ communi fieri non potest: vt ibi subditur in. c. sequenti: ⁊ glo. et b. Tho. in. iiij. In quo solus papa dispensare pōt ⁊ non alius: alias non esset ibi sacramentum con firmationis si per alium fieret q̄ per episcopum. secundum Tho.

Capitulum quintum de Blassemia idest male dictione que fit multipliciter contra deum vel creaturas.

Blassemiam po

nit Grego. in libro moralium eē filiā ire. Et sumit hic blassemia pro maledictione prout etiam vulgariter sumitur. Pro cuius declaratione. b. Tho. dicit secunda secunde. q. lxxvj. arti. i. ꝙ ma ledicere idem est quod malum dicere. Dicere au tem tripliciter se habet ad id quod dicitur. vno modo per modum enunciationis: sicut aliquid exprimitur modo indicatiuo. Et sic maledicere nihil est aliud q̄ malum alterius referre: quod ꝑ tinet ad detractionem: vñ detractores quandoqꝫ maledici dicuntur. Sic sumitur Leuit. xix. Sur do non maledices idest absenti non detrahes: et xi. q. iij. c. In cunctis: vbi dicit Greg. scribens cui dam episcopo infamato iniuste. Sanctitas ve stra debet mentem suam a maledictorum rumo ribus hominum atqꝫ obtrectationibus disiunge re: et sola que interne vite sunt atqꝫ vtilitati sub ditorum proficiunt: cogitare. Sic etiam sumitur dist. xlvj. Clericus maledicus cogatur ad postu landum veniam. Secundo modo dicere se habz ad id quod dicitur per modum cause. Et hoc q̄ dem primo ⁊ principaliter competit deo qui om nia suo verbo fecit secundū illud psalmi. cxlviij. Dixit ⁊ facta sunt. Consequenter conuenit homi nibus qui verbo suo alios monent per imperiuz ad aliquid faciendum. Et ad hoc instituta sunt verba imperatiui modi. Et isto modo cuz iudex profert sententiam pene in aliquem: vel cum pre latus ecclesie excommunicat aliquem illum ma ledicit. Si ergo hoc facit sub ratione boni scilicet iusticie vt peccatum puniatur vt iusticia dictat:

sic maledicere non erit peccatum nec proprie maledictio: quia intentio eius non fertur ad malum sed ad bonum. Si vero sub ratione mali faciat intendens malum illius qui condemnatur in q̄tum malum: sic maledicere idest excommunicationem inferre vel aliam sententiam pene spiritualis vel temporalis erit peccatum mortale: quia contra charitatem et iustitiam. Sic sumitur. xxiij. q. iij. Ipse dominus. De hoc etiam Aug. dicit. q. eadē. Deus quibus maledicit meritum eius designat cui maledicit et sententiam: quem non fallit neq; qualitas peccati: vtpote neq; peccantis affectus. Homo autem qui hoc nō potest scire nec proposito mentemq; alterius videre aut cognoscere potest: iccirco etiam si iudicantis vel sententiam prementis intuitu proferat maledictum: non potest esse maledicendi causa ignoratur peccātis affectus: hec ille. Vult dicere q̄ non potest quis iuste condemnari de peccato occulto. Quāuis enim peccantis affectus in se non videatur: sicut nec cō hominis: tamen percipi potest ex aliquo manifesto peccato pro quo pena infligenda esset affect' eius. Similiter q̄uis sciri non possit quis sit maledictus a deo secundum finalem reprobationem tamen sciri potest quis sic a deo maledictus secūdum reatum vite presentis. Tho. vbi supra. Tertio dicere se habet ad id quod dicitur vt expssio quedam affectus desiderantis id quod verbo exprimitur. Et ad hoc sūt instituta verba optatiui modi. Facere autem aliquid et velle illud se consequuntur in bonitate et malicia. Et sic maledicere aliquem scilicet optando ei malum non ob aliqd̄ bonum sed ob malum eius est peccatum. Et de hac inquit Augusti. Humanum vitium tunc scit maledicta proferre cuz forte conuitijs aut iurijs prouocatur. Quod vitium volens reseccare apostolus: ne maledicta maledictis et conuitia conuitijs prouocemus: mandatum necessarium posuit vt benedicamus quo conuitiandi vitium resecet non quo iudicandi veritas que homines latet et pronunciandi auctoritas perimatur. xxiij. q. iij. c. Deus qui. Ponit autem apostolus hoc Ro. xx vbi ait. Benedicite et nolite maledicere. Sicut et de christo dicit Petrus in prima canonica. ij. ca. Cum malediceretur non maledicebat: cum pateretur non comminatur. Et ō hac hic agitur que cōmuniter procedit ab ira. Et potest sic diffiniri q̄ est imprecatio seu appetitio alicuius mali ꝓtra aliquem per verba expressa.

De maledictione. §. I.

inquit ps. loquens de iniquis. Quorum hos maledictione et amaritudine plenum est. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem. Contritio et infelicitas in vijs eorum: ps. xiij. Ubi tria notatur.

Primo describit maledictionem: prout est vitiosa ibi. Quorum os maledictione et amaritudine plenum est.

Secundo ponit affectionem prout est pernitiosa ibi. Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.

Tertio subdit ꝓsecutōez put ē angustiosa ibi. Cōtritio et infelicitas i vijs eorz.

Quantum ad primum. In tantum maledictio ē vitiosa in quantum habet secum amaritudinem rancoris et ire. Et ideo adiungit maledictōi amaritudinem. Pedes sunt affectus qui sunt veloces idest prompti ad effundendum sanguinem. i. ad rixas vel ad multiplicandum peccata. Demum i vijs. i. pro operibus eorum contritio. i. magna tribulatio in presenti et infelicitas damnationis in futuro eis erit si non penitēt. Notandū q̄ est triplex maledictio ex ira vel odio procedens in qua reperitur peccatum.

Prima est contra nām diuinalem.

Secūda ē contra creaturā itellectualem.

Tertia ē contra facturā irrationalem.

Prima que ē con. §. II.

tra naturam diuinalem que etiam includit blasfemiam est cum quis maledicit deum. Imprecat enim ei malum ac si esset creatura: quod tamen ei non potest conuenire: et sic continet blasfemiā. Hoc autem semper est mortale cum perpendit se maledicere: nec excusatur q̄ ex subita ira hoc facē vel ex more: sicut nec excusaretur ab homicidio: et ꝓsequenter a pena mortis si quis ex impetu ire hoc ageret ps. xxxvj. Maledicentes ei idest deo disperibunt idest diuersis modis peribunt: quia quo ad animam morte gehenne in alia vita et i p̄senti penis varijs corporis. Leuit. xxiij. Qui maledixerit deum suum morte morietur scilicet corporali. Ostenditur autem grauitas huius maledictionis tripliciter.

Primo quia nominari ꝓpe a sāctis refugitur.

Secūdo quia puniri seuere statutis ꝓcipitur.

Tertio q̄ exerceri sepe a dānatis repitur.

Tantum habetur horroꝝ istud vitium scilicz maledicere deum q̄ virtuosi viri non audent ipsum vitium proprio nomine nuncupare: sed per contrarium nominando benedictionem pro maledictione vt patet Job primo vbi dicitur q̄ in capite ebdomade mittebat Job pro filijs et sanctificabat eos siue admonendo et corrigendo de vitijs siue offerendo pro eis sacrificia: et subditur. Dicebat eni scilicet Job. Ne forte peccauerint filij mei et benedixerint deo idest maledixerint. Sic etiam quando falso accusauerunt testes Naboth de blasfemia seu maledictione dixerūt contra eū Benedixit Naboth deo et Regi idest maledixit. iij. Reg. xxi. Quinimmo audientes in dei deum

blasfemare: etiam qui mali erant in signum horroris ⁊ detestationis dilacerabant vestimenta sua sicut dicitur de Laypha pontifice sed pessimo q̄ scidit vestimenta sua cum dicit de xp̄o. Blasfemauit. Math. xxvi. Nec mirum videtur enim hoc p̄cedere ex odio ad deum. Odium autem dei est maximum peccatorum. Et mirum est q̄ terra ñ absorbet tales propter tantum scelus. Secundo ostenditur grauitas ex punitione legum. Omnis lex mandat tales puniri grauiter. Et lex diuina morte corporali iubet huiusmodi puniri. Unde populo dei ambulante per desertum ad terram promissionis inuentus fuit vnus deum maledixisse de quo mandauit dominus a populo lapidari vt habetur Leuit. xxiiij. Lex canonica iniungit asperam penitentiam extra de maledicis. c. ij. Ibi ponitur talis pena q̄ qui maledixerit deum vl beatam virginem vel sanctos debet septem dominicis diebus stare in foribus ecclesie dum dicitur missa ita q̄ in vltima stet sine pallio ⁊ calciamentis ⁊ corrigiam habeat ad collum: ⁊ q̄ precedentibus sextis feriis ieiunet in pane ⁊ aqua: ⁊ non ingrediatur ecclesiam. Et quolibet dictorum dierum reficiat tres vel duos si nō possit tres: vel saltez vnū ⁊ si ad hoc non suppetant eius facultates: id i penam aliā cōmittetur. Et si predicta renuerit sustinere: debet ei interdici ingressus ecclesie: ⁊ in obitu carere sepultura. In foro tñ penitentie non oz illam iniungere sed arbitraria est sicut pro aliis peccatis secundum Hof. Si vero in iudicio ecclesiastico conuinceretur talis penitentia posset imponi: ⁊ ad illam cogi. In omni etiam ciuitate bene regulata statutis ponitur pena pecuniaria vel alia contra maledicentes deum. Et officiales in talibus locis qui omittunt ex negligētia tales punire grauiter peccant. Unde Grego. Consentire vidētur errantī qui ad resecanda que corrigi debent ñ occurrit. d. lxxxiij. Consentire. Unde tales puniēdo ⁊ lucrum temporale iustissime acquirunt: q̄a communiter pars talis pecunie in penam solute ē rectorum ⁊ accusantium: ⁊ magnum meritum sibi acquirunt coram deo. Ipsi etiam sarraceni maledicentes deum faciunt illos maledicentes tribuū verberari. Tertio ostēditur grauitas eius ex hoc q̄ est exercituum eorum qui sunt in inferno. Non aliud opus ibi exercent nisi blasfemare deū ⁊ maledicere: sic dicit Joā. i Apoc. xlvi. de eis q̄ manducauerunt liguas suas pre dolore: ⁊ blasfemauerunt deum viuentem qui habet potestatez super has plagas scilicz affligendi eos. Qui ergo hoc vitio detinetur ostendit se ptinere ad statum damnatorum ex quo exercet artem eorum. Terribile est ⁊ valde formidandum exemplum quod inducit Grego. in. iij. dialogorum de quodaz puero quinq̄ annorum: qui a parentibus suis cuibus romanis in delitijs male nutritus: consueuerat pro quolibet minimo deum maledicere. Et cum superueniente peste i vrbe ille puer infectus esset patre tenenti cum in brachijs cepit puer clamare. Obsta pater Mauri homines me capere volunt. Faciemq̄ suam abscondere in sinu patris querebat ne. s. illos videret demones: qui apparuerunt in forma ethiopum. Nil tamen pater videbat. Sicq̄ exterritus puer deum blasfemauit: unde que verba vltimum spiritum exalauit ductus a demonijs in infernum damnatorum quorum officium ita cito dedicerat. Et licet in taz tenera etate infantuli non soleat quis vsum rationis habere credendum est secūdum Tho. in. iij. in eo vsū rationis acceleratum fuisse: sicq̄ propter peccatū maledictionis damnationem eternam meruisse. Multiq̄ alij deum maledicendo in ludis vel aliis actibus a hominibus fuerunt arrepti ⁊ terribiliter vexati. Quorum os maledictione ꝛc. Contritio ⁊ infelicitas ꝛc.

Secunda maledic. §. III.

p blasfemie stolpo vel ostempo est genus p̄cū.

tio est contra creaturam intellectualem: ⁊ hec ē celestis infernalis: ⁊ terrestris. Siquis autem maledicit aliquem sanctorum vel angelorum nulli dubium q̄ mortaliter peccat: quia sicut honor q̄ fit sanctis redundat in honorem dei qui sanctificat eos: propter quod dicit p̄s. lxvij. Gloriosus d̄ominus in sanctis suis scilicet apparet. Ita iniuria que fit sanctis: vt maledictio blasfemie dehonoratur deus. Unde ⁊ extra de maledi. c. i. puniri iubentur maledicentes sanctos. Creaturam infernalem vt diabolum ipsum maledicere in quantum creaturam seu secundum naturam nullo modo licet: quia ipse secundum naturam bonus est sicut ⁊ quelibet creatura. Secundum culpam vero et malitiam que in eo est maledici potest: quod nō est aliud nisi detestari culpam eius. Unde dicitur Job tertio. Maledicant ei scilicet nocti culpe originalis qui maledicunt diei idest diabolo scilicet sancti viri. Nec est contra quod dicitur Ecclesia. xxi. Cum maledicit impius diabolum maledicit animan suam: quia secundum Tho. vbi supra cum maledicit peccator diabolum propter culpā quia aliter maledicendus nō est: simili ratōe ostēdit se maledictione dignum cum in culpa manet: ⁊ sic dicitur maledicere anímam suam. Ex leuitate autem vel ira hoc agere peccatum est: sicut communiter accidit. Unde ⁊ abstinere ab h̄ docemur exemplo archangeli de quo dicitur in epistola Jude. Cum altercaretur Michael cum diabolo de corpore Moisi non ausus fuit in eū iudiciū iferre blasfemie: sed ait Imperet tibi d̄ns Ubi Hiero. Si ergo Michael non fuit ausus diabolo ⁊ certe maledictionis dignissimo iudicium inferre blasfemie quanto magis nos ab omni ma

ledictio puri esse debemus. Merebatur quidem diabolus maledictū: sed per os archangeli blasfemia exire non debuit. xxiij. q. iij. Si igitur. Alteratio autem illa in hoc fuit quia diabolus quere bat inueniri corpus Moisi vt scilicet eos induceret ad idolatriam per nimium cultum eius: sed angelus prohibebat inueniri ad subtrahendum eis occasionem superstitionis. quod et factum est scilicet vt non inueniretur. Creatura intellectual' terrestris est vt homo: cui cum malum optari nō debet inquantum malum: ita etiam ne maledici: cum sit factus ad imaginem dei. Contingit autez ex causa triplici hominem maledicere.

Ex pformatione dei ⁊ amore iusticie.

Ex deliberatione ⁊ liuore vindicte.

Ex subreptione vel correptione nequitie.

Primo igitur cum quis maledicit alicui confortmando se voluntati diuine quam videt velle ali quod malum illius hominis ex instinctu spiritus sancti: tunc non est peccatum secundū Tho. vbi supra articu. i. Et hoc modo Petrus apostolus maledixit Simoni mago dicens. Pecunia tua sit tecum in perditionez. Act. v. Et Paulus maledixit Elime mago. Percutiat te deus cecitate fili diaboli. Et Helyseus maledixit pueris deridentibus eum: in nomine domini: vnde secuta est duo ratio eorum ab vrsis. iij. Regū. ij. Et Noe maledixit Chanaan filio Cham: propter derisionem factam sibi a dicto Cham. Gen. ix. Eadē ratione omnes maledictiones que imprecate sunt a sanctis prophetis contra peccatores vt illud. Duplici contritione contere eos domine deus noster: ⁊ illud Gen. xxvij. Qui maledixerit tibi: maledictionib' repleatur: ⁊ in ps. cviij. Deus laudez. Ubi imprecantur multe maledictiones contra Judam ⁊ populum iudaicum. Possunt etiam huiusmodi imprecatōnes intelligi per modum prophetice pnūciatōnis secundum Tho. Et tunc exponitur presens imperatiui vel optatiui pro futuro indicatiui vt illud Contere eos idest conteres. Maledictionibus repleatur idest replebitur. In ps. Deus laudem. Constitue super eum peccatorem idest constitues ꝛc. Similiter cum aliquis maledicit alicui optando ei aliquaz egritudinem vel aliquod impedimentum non ppter aliud nisi vt per hoc bonus efficiatur vel ab aliorum nocumento cesset. potest eē sine peccato. Unde Gre. in tertio moral. Cū sancti viri maledictionis sententiā proferunt non hanc voto vltionis sed ex iusticie examie promunt. xxiij. q. iij. Secundo profertur aliquando maledictio ex liuore vindicte: ⁊ hoc est mortale peccatum cum scilicet maledicit aliquem optādo ei deliberate aliquod malum notabile non nisi malum. puta ob odium vel vindictam vel inuidiam ⁊ huiusmodi puta cum dicit. Mors occidat te. Talis vel talis infirmitas tibi accidat pestis: vel febris vel incisa sit tibi manus vel pes frāgatur: vel diabolus habeat animam tuam ꝛc. Et de hac intelligitur dictus apostoli. i. Corinth. vi. Neq; maledici regnum dei possidebunt. Nullus autem excluditur a regno dei nisi propter mortale. Et ratio huius est secundum Tho. secunda secunde. q. lxxvj. articu. iij. quia velle alicui malum secundum se repugnat charitati qua diligimus primum volentes ei bonum. et ideo secundum genus suum est mortale. Et tanto grauius quanto personam cui maledicimus magis diligere ⁊ reuereri debemus. Unde dicitur Leuit. xx. Qui male dixerit patri vel matri morte moriatur. Et multo grauius videtur peccare cum ex deliberatione maledicit animabus parentum iam defunctorum De prelatis etiam specialiter dicitur. Principem populi tui non maledices. Hinc Grego. in tertio moral'. Maledictus quod scriptura condemnat est quod non iudicio iusticie sed liuore vindicte primitur. xxiij. q. iij. Cum sancti. Sed ita miserabiliter abundat hoc vitium in mundo vt merito possit dici illud Zacharie prophete. Non est veritas in terra: non est misericordia: sed maledictus furtum: adulterium inundauerunt. Et sic horum os maledictione ⁊ amaritudine plenum est ꝛc.

Tertio profertur maledictio ex subita ira sine de liberatione: et quasi cā correctionis ut talis terreatur: vt quottidie faciunt parentes erga filios magistri erga discipulos: ⁊ domini erga suos qui tamen non optant illis illa mala: ⁊ hoc secundum Tho. vbi supra est veniale: quia peccata verborum maxime ex affectu iudicantur. Et Augu. de igne purgatorij dicit ad minuta ideſt venialia pertinere cum omni facilitate ⁊ temeritate maledicimus dist. xxv. §. Alias ea demum. Quātus autem hoc non sit graue peccatum tamen ab huiusmodi abstinendum. Unde Hieronymus. Qui negligunt oris maledicti consuetudinem resecare etiam si non corde maledicant: tamen immundi tiam labiorum ⁊ inquinamenta oris incurrunt. xxiij. q. iij. Quantum autem deo displiceat ⁊ filiis noceat maledictio parentum erga filios: ostendit Augusti. in libro de ciui. dei per exemplum illius mulieris vidue que in ciuitate Capadocie habitans decem filios habebat. Et cum vna dierum ex aliquo opere eorum ei displicente eos maledixisset: omnes effecti sunt in toto corpore tremuli ita vt omnium aspectus ad se traherent. Ex qb' duo scilicet Paulus ⁊ Palladia dicti venientes ad ciuitatem Iponensem vbi presulabatur Aug. orantes ad altare beati Stephani vbi erant reliquie eius miraculose sanati sunt. Sicq; ex indiscreta maledictione matris in filijs ⁊ ipsi ad hoc prouocantes matrem puniti sunt. Quorum os maledictione ꝛc.

Tertia maledic. §. IIII.

tio ẽ ptra creaturas irrationales: prout dominus dixit. Gene. tertio. Maledicta terra in opere tuo in penam hominis. Pro cuius declaratione dicit beatus Tho. secunda secunde. q. lxxvi. articu. ij. Maledictio creature irrationalis potest fieri tripliciter. Uno modo ad creatorem referendo in quantum scilicet est creatura dei: ⁊ sic est illicituz ⁊ peccatum blasfemie: vnde ⁊ mortale hoc enim est detestari deuz in illo opere suo. Secundo modo ad ipsam creaturam respiciendo secundum se consideratam: vt quia aliquod brutum non mouetur vt vult vel nocet sibi ⁊ huiusmodi: ex quo irascitur appetens ei penam: sed hoc est vanũ seu ociosum: vnde ⁊ peccatum veniale. Maledictio enim licita videtur esse precipue in quantum respicit penam: pena autem respondet culpe. Unde cum creatura irrationalis non sit susceptiua culpe nec pene: ideo vanum est secũdum seipsam maledicere: ⁊ tamen hoc modo fit frequentissime. Quorum os maledictione ⁊c̃. Tertio modo ad hominem referendo ad quez ordinatur. Omnia enim fecit deus propter hominem. Aug. ⁊ sic benedictio ⁊ maledictio ad illam rem pertinet ꝓpe cui potest aliquid bene vel male contingere scilicet rationali nature. Creaturis autem irrationabilibus bonum vel malum dicitur contingere in ordine ad creaturam rationalem propter quam sunt ordinate. Sunt autem ordinate ad eam tripliciter. Uno modo per modum subuentionis: ĩ ꝙtum creaturis irrationabilibus subuenitur necessitati humane. Et hoc modo deus maledixit terre vt per eius sterelitatem homo puniretur. Dominus etiaz iussit vt sex ex tribubus israel stãtes super montem Hebal deberent imprecari mlt̃as maledictiones transgressoribus legis: ⁊ econtra alie sex tribus stantes super montem Sarizin imprecarent benedictiones multas obseruatorib' legis: ad inuendum vt dicit Hiero. ꝙ quidam legem obseruant dei timore punitionum: ⁊ quidaz amore premiorum. xxiij. q. ij. Cum ergo. Et iter ceteras maledictiones dicitur Deut. xxviij. Maledictum horreum tuum: vt scilicet per penuriaz victualium punirentur. Et hoc modo maledicere creature irrationali ex maliuolentia scilicz ad possessorem eius: vt sic ex carentia illius creature irrationalis proximus damnificetur notabiliter: vt per mortem equi: bouis: ruinam domus: ⁊ huiusmodi: esset mortale: quia contra charitatem. Secũdo modo ordinatur creatura irrationalis ad rationalem per modum significatónis in ꝙtũ scilicet ea que contingũt circa irrationabilia figurant que mõtaliter eueniunt vel euenire possunt hominibus. Et sic dominus maledixit ficulnee cum scilicz accedens ad eam esuriens non inueniret fructus sed tantum folia: ex qua maledictõne radicitus arefacta ẽ. Math. xxi. ad significãduz populum iudeorum ad quem dominus veniens incarnatus esuriens idest desiderans salutem eĩ' quia nõ inuenit fructus fidei sed tantum folia ceremoniarum obseruationis reprobauit gratiam subtrahendo: vnde nil fructus meritorum producere potest. Significat etiam hominem tantum bonis verbis ornatum non operibus a deo reprobatum per hoc non sibi fructificare. Sic ⁊ montes Gelboe maledicte sunt a Dauid vt nec ros nec pluuia stillaret super eos: vt habetur. ij. Regum ꝓmo ad significandum ꝙ in monte superbie vbi corruerunt fortes israel idest angeli mali: ⁊ primi parentes: nec ros gratie nec pluuia descendit a ꝺo idest superbis. Tertio modo ordinatur creatura irrationabilis ad rationalem per modum continentis scilicet temporis uel loci. Et propter hoc potest intelligi ad litteraz Dauid maledixisse mõtibus Gelboe propter eadem populi israel que fuit facta a philisteis in tali loco. Sic ⁊ Job maledixit diei natiuitatis sue dicens. Maledicta dies in qua natus sum ⁊c̃. propter culpã originalẽ quã nascendo contraxit ⁊ alias sequentes penalitates tali tempore. Unde Grego. in quarto morali. ait. Nimis est incongruum vt suspicemur Job nullo instigante nullo pulsante ex impatientia ad vocẽ maledictionis erumpere: quem nouimus inter dãna rerum: mortemq; filiorum inter vulnera corporis: inter verba male suadentis vxoris magna creatori preconia humili mẽte rediuisse: dum scilicet ait. Dominus dedit dominus abstulit ⁊c̃. Et iterum vxori. Si bona suscepimus de manu domini ⁊c̃. Non est ergo maledictio eius ira cõmoti: sed doctrina tranquilli. Dies ergo in qua nat' est designat omne tempus mortalitatis idest deficiat tempus mortalitatis ⁊ appareat status eternitatis. Uel dies qui optatur vt pereat: est diabolus qui optatur vt pereat non quidem a gloria quam iam perdidit: sed vt retrusus licentiaz tentandi amittat. Hic quidem dies est per naturaz bene conditus: nox per meritum: tenebrosus dies cum prospera allicit: sed in noctem desinit quia ad mala trahit. Sub hac die ⁊ nocte homo est ꝯceptus ⁊ nat' quia sub potestate diaboli per peccatum originale ex ipso introductum homo concipitur ⁊ nascitur. Uel dies peccati delectationem designat nox mentis cecitatem. Homo ergo ĩ die nascitur vel in nocte concipitur quia ad delectationem peccati non rapitur nisi prius per mentis tenebras infirmetur. Sed pereat dies idest delectatio peccati vigore iusticie: ꝺstruatur ⁊ nox idest quod cecata mens per consensum perpetrat penitentia extinguat. Dies vertatur in tenebras: vt qõ

in exoꝛdio delectationis ad quem finem perditio nis rapit videatur: ꝛ per penitentiam crucietur. Qꝺ si ita punita est non requirit eam deus in iudicio vt puniat: hec ex dictis Grego. sed abbreuiata. Sed. b. Tho super Job tranctans hunc passum secūdum litteram sic ait. Intelligendum est Job dixi sue maledixisse: quia cum esse malum ꝺ nunciauit non scōm suam naturam qua a deo factus est: sed secundum illam scripture consuetudinem qua dicitur tempus bonum vel malum ſm ea que in tempoꝛe aguntur scōm illud Ephe. v. Redimētes tempus quoniā dies mali sunt. Maledixit ergo diei sue in q̄tum malum in illa die accidisse cōmemoꝛat. Quomodo autem maledixerit ei. subditur. Pereat dies in qua dictus est natꝰ est homo. Ubi sciēdum q̄ licet esse ꝛ viuere sit secundum se appetibile. tamē esse et viuere in miseriꝭ ē fugiēdum scōm qꝺ huꝰmoi: licet iterdū esse in miseria libēter sustineatur propter aliquē finem bonum. Unde illa miseria vite que non ordinatur ad aliquem bonum finē nullo modo erit eligenda. Bonum autem quod ex aliqua miseria expectatur sola ratio appꝛehendit non autem vis sensitiua percipit: sicut amaritudinez percipit gustus: sed sola ratio in fine sanitatis delectatur. Si quis autem secundum passionem sui gustus vellet exp̄imere medicinam denunciaret eam esse malam q̄ uis ratio iudicaret bonam propter finem. Sic ergo miseria quam sustiebat Job ratione quidē videri poterat q̄tum aliquid vtile esse sed inferioꝛ pars anime que tristicia afficiebatur aduersitatem totaliter repudiabat. Unde et ipsum viuere sub tali aduersitate onerosum erat. Quando autem aliquid nobis odiosum est: omnia abhominamur per que deuenimus in illud. Et ideo Job secundum interioꝛem partem anime cuius passionem exp̄imere intendebat: ꝛ natiuitatem ꝛ conceptionem suam ex quibus i hāc miseriam venerat odio: habebat: ꝛ per consequēs diem natiuitatis ꝛ conceptionis secundum illuꝫ modum loquendi quo ex his que in tempoꝛe aguntur aliquid ascribitur tempoꝛi bonum vl malum. Sic ergo secūdum partem sensibilem vitaꝫ sub aduersitate repudiabat: volebatq̄ se nunq̄ natum vel conceptum fuisse. Et hoc ē quod dic̄ Pereat dies in quo natus sum: ac si diceret: vtinā nunq̄ natus fuissem. Et noꝛ in qua dictum est. i. in qua dici potuit: vere conceptus ē homo. i. vtinam nunq̄ fuissem cōceptus. Conuenienter autem natiuitatem ascribit diei conceptionem noctis: qꝛ scōm astrologos natiuitas diurna laudabilioꝛ est p̄ncipali sydere. i. sole exīte super terram. Conceptio autem de nocte frequentioꝛ est. Similis modus loquendi habetur. Jere. xx. vbi dicit. Jeremias. Maledicta dies in qua natus sum ꝛc̄.

Proſequitur autem ſigillatim de maledictione vtriuſq̄ diei ſcilicet ꝛ noctis: dicens. Dies illa vertatur in tenebꝛas. Ubi ſciendum ſecundum Hiero. in prologo ſuper Job: q̄ ab illo loco Pereat dies: vſq̄ ad illum vbi ante finem libꝛi dicitur. Iccirco meipſum repꝛehēdo. Scriptus fuit liber iſte in verſibus exametris: vnde ꝛ per modum poematis conſcriptus eſt. Unde per totum librum hunc figuris ꝛ colorꝫibus vtitur quibus poete vti conſueuerunt. Poete autem vt vehementius moueant eandem ſententiam per diuerſa vba inducunt. ꝛ ſecundum huiuſmodi Job ad maledicendum diei ſue: ea inducit quibus ſolet nobis aliq̄ dies eſſe odioſa. Dignitas diei eſt claritas eius per hanc enim a nocte diſcernitur. Hanc autez dignitatem excludit cum dicit. Dies iſta vertatur in tenebꝛas. Et quantum ad ſuperficiem littere tunc friuola videtur ꝛ vana: quia iam p̄teꝛierat dies natiuitatis: ꝛ iam non erat: quod autem p̄teꝛiit immutabile eſt. Quomodo ergo poterat ſibi dies que p̄teꝛierat in tenebꝛas conuerti. Sed ſciendum q̄ quedam per modum optandi dicuntur ad exp̄imendum iudicium quod de re aliqua habetur. Sic ergo dicitur dies illa conuertatur in tenebꝛas: ac ſi diceret dies natiuitatis mee debuiſſet eſſe tenebꝛoſus vt congruerꝫ tenebꝛis miſerie quam patioꝛ. Quia enim aſpectus luminis delectabilis eſt: conſuetum eſt in ſcripturis vt per tenebꝛas triſtitia ſignificetur. Eſt autem dies clarus multipliciter. Primo ex dei ſanctificatione: qui eum celebꝛem inſtituit vt ſabbatum. Hanc claritatem remouet a predicto die dicēs. Non requirat eum deus deſuper: quaſi dicat. Non exigat deus ab hominibꝰ vt hunc diem celebꝛem agant ſicut aliqui dies exigūtur a deo ad celebꝛandum in memoꝛiam beneficioꝛum. Uult ergo dicere q̄ natiuitas ſua non debet computari inter inſignia dei beneficia: cum magis ſit natus ad miſeriam quam ad letitiam. Secundo aliquis dies clarus dicitur ex bonoꝛum recoꝛdatione. Solent enim homines aliquos dies celebꝛes agere in quibus aliqua magna ꝛ iucunda acciderunt: ſicut ꝛ Phaꝛao diem natiuitatis ſue celebꝛauit. Hanc igitur claritatem excludit a dicta die: dicens. Et non ſit in recoꝛdatione hominum. Tertio dies clarus eſt ex coꝛpoꝛali lumine. Que claritas aufertur ex ubtractione radioꝛum ſolis illuminantium teꝛras: vt quando ſol eclypſatuꝛ. Et quātuz ad hoc dicit: Non illuſtretur lumine vel ex oppoſitione nubium occultantium radios ſolis: ꝛ in q̄tum ad hoc dicit. Obſcurent eum tenebꝛe. iij. ex defectu viſue virtutis. Dum enim quis moꝛitur vel viſu p̄iuatur: ſic ei aufertur claritas diei. Et quā tum ad hoc dicit: vmbꝛa moꝛtis ꝛc̄. Et inuoluatur amaritudine: per hoc dat intelligere totum

quod de obtenebratione dictum est ad tenebras tristitie esse referendum. Hunc enim morem obseruare videtur vt parabolicam locutionem ex aliquo sequenti exponat. Nihil ergo intendit dicere aliud nisi q̄ dies natiuitatis sue non debet iudicari dies gaudij sed meroris: cum per suam natiuitatem ad vitam tante aduersitati subiectam deuenisset. Demum de nocte dicit. Noctem illaz ꝛc̄. Ibi vide.

Capitulum sextum de Contumelia.

Ontumelia po

nitur a Gregorio in libro moraliū filia ire. Et quamuis oriatur aliquando etiā ex aliis vitijs magis tamen directe ⁊ communr̄ ex ira. Et ratō est quia finis ire ē vindicta. Sed nulla vindicta magis est in promptu irato q̄ contumeliam inferre alteri. Aliquando oritur ex stulticia secundum illud prouer. xx. Omnes stulti miscentur contumelijs scilicet vel aliis eas inferendo: vel contumeliātibus se unmiscendo. Sicut enim ira non audit perfecte rationem sed patitur rationis defectum secundum philosophum ⁊ ideo contumelias infert eadem ratione stultus. Aliquando oritur ex superbia secundum illud prouerbio. xi. Ubi superbia ibi ⁊ contumelia: ⁊ hoc actiue ⁊ passiue: quia infert ⁊ recipit eas: ⁊ hoc est dispositiue. Et ratio est quia superbi estimant alios inferiores se ideo facilius contemnunt alios ⁊ aliis irascuntur Unde sequitur contumelia. Potest autem sic describi. Contumelia est expressio defectus alterius coram eo per verba ad ipsum dehonorandum. Unde Isidorus dicit in libro ethymologiarum q̄ contumeliosus est qui velox est ⁊ tumet verbis iniurie. Extensio tamen nomine quandoq; contumelia in factis iniurie dicitur. Unde glo. super illud Ro. primo. Contumeliosos dicit. Contumeliosi sunt qui dictis vel factis iniurias ⁊ turpia aliis inferunt: vt si quis proijceret lutum vel sputū in aliquem ⁊ huiusmodi. Est autem differentia inter contumeliam: conuitium: ⁊ improperium. Nā contumelia est cum refertur defectus culpe alterius in vituperium eius: vt cum vocatur quis fur: adulter ⁊ huiusmodi. Conuitium cum refertur defectus culpe vel pene: vt cum quis vocatur sclaūs cecus: mendicus ⁊ huiusmodi. Improperium autem importat defectum minorationis: cum reducitur ad memoriam seruitium in necessitate collatum. Sepe tamen sumitur vnus pro altero: ⁊ nomine contumelie vel etiam obprobrij quodlibet horum hic intelligit.

De contumelia ps. §. I.

lxviij. Propter inimicos meos eripe me. Tu scis improperium meū: confusionem meā ⁊ reuerentiam meam. Loquitur psalmus in persona xpi vt dicit glo. Unde petit liberationem a morte p resurrectionem propter inimicos vt. s. conuertat ⁊ peniteant de passione ei illata: in qua sustinuit improperiū: cum. s. iudei dicerent. Blasfemauit: ⁊ huiusmodi. secundum glo. quod pertinet ad contumeliā. Jere. xx. Audiui contumelias eorū i circuitu. Sustinuit confusionem idest magnam penam ex illis contumelijs. Ad Hebre. xij. Sustinuit talem aduersus semetipsum contradictionem ⁊ ibi. Sustinuit crucem confusione contempta. Reuerentiam meam scilicet ad deum non recedēdo a deo scilicet per patientiam. Sap. ij. Contumelia ⁊ tormento interrogemus eum: ⁊ probem⁹ patientiam eius: ⁊ videamus reuerentiam eius: hec omnia tu pater scis. Potest etiam secūdum glo. dici q̄ hec loquitur xps in persona membrorum suorum pro quibus petit liberationem. Ubi tria notantur.

Primo ostendit contumeliam illatam ibi. Improperium meum.

Scdo innuit penā ide causatā ibi confusionē meā.

Tertio subdit gruētiā seruatā ibi ⁊ reuerentiam meam.

Quantum ad pri. §. II.

mum ibi ponit improperiū p contumelia vt p3 ex glo. Ubi ad sciēdū qn̄ ē petm̄ ⁊ q̄le: Nota q̄ contumelia pōt iferri triplici itētōe: ⁊ sm̄ h̄ iudicādum est de ipsa.

Primo animo scilicet corrigendi.

Secundo animo scilicet solatiandi.

Tertio animo scilicet iniuriandi.

Cū ego contumelia pferē aio corrigendi i se nō ē peccatū sz meritoriū. Cuius rō ē: q⁹ sicut licz aliquem cā correctōis verberare vl̄ i pecunia pdēnare: sic etiam pōt zelo correctōis p aliquē vbū contij dicere Quod p3 exēplo xpi q̄ dixit discipulis eūtibus in Emaus. O stulti ⁊ tardi corde ad credēdū. Luc. vlt. Et exēplo Pauli q̄ dixit. O insensati galate: qs vos fascinauit euāgelio non obedire. Ad Gal. iij. Raro tamen et ex magna necessitate ⁊ vtilitate: ⁊ cum moderatione huiusmodi obiurgationes sunt faciēde vt dicit Augustinus. Et precipue verbis continentibus turpia abstinendum: vt meretrix: ⁊ huiusmodi: que sine peccato dici non possunt. Secundo cum profertur contumelia seu conuitium animo solatiandi: tunc si talia non sunt in detrimentum honoris alicuius ē veniale petm̄

vt vocando cecum: stultum: ⁊ huiusmodi. Si vero ex leuitate vel ludo proferret verbum quod esset contra honorem alterius: vel de quo estimare posset ipsum notabiliter irasci ⁊ odium incurrere vel aliud graue peccatum non excusaretur a mortali: etiam si hoc non intenderet: sicut cum quis ludens cum alio grauiter offenderet vsq; ad mutilationem ⁊ huiusmodi: non careret mortali culpa. Ludus enim noxius est in culpa. Quãuis enim ad eutrapeliam seu vrbanitatem pertineat dicere aliquod leue conuitium: non tamen vsq; ad dehonorationem vel contristationem eius de quo dicitur: sed magis causa delectationis ⁊ ioci vel leuitate loquendi obseruatis debitis circunstãtijs: alias ibi esset peccatum. Et ideo cauendum ẽ semper a conuitijs ⁊ contumelijs. Tertio cuz profertur animo iniuriandi vel vlciscendi aut dehonorandi ẽ mortale secũdum Tho. secunda secunde. q. lxxij. articulo secundo. Ratio huius est. quia notabiliter ledit proximum: ⁊ sic facit contra iusticiam ⁊ charitatem. Non enim quis amat minus honorem suum q̃ diuitias temporales sz plus. Sed auferens substantiam peccat mortaliter vel etiam intendens auferre: ergo multo magis intendens auferre honorem. Uerba enim per que infertur contumelia quantum ad suam essẽtiam: idest in quantum sunt quidam soni audibiles ⁊ si nullum nocumentuz inferãt nisi forte grauando auditum cum nimis alte quis loquitur: tamen in quãtum sunt signa representantia aliquid in notitiam aliorum sic possunt multa damna inferre: inter que est ꝙ homo damnificetur quãtum ad detrimentum honoris ⁊ reuerentie sibi ab alijs exhibende. Unde ⁊ maior contumelia est ⁊ grauius peccatum: vt si aliquis dicat defectum suum coram multis: ⁊ tamen etiam sibi soli dicendo potest esse contumelia in quantum ipe qui loquitur loquẽtis reuerentiã agit. Probatur hoc idem scilicet contumeliam eẽ mortale auctoritate. Nam dixit christus Mathe. v. Qui dixerit fratri suo fatue quod scilicet pertinet ad contumeliam: reus erit gehenne: que non d̃betur nisi pro mortali: ⁊ intelligitur cum hoc dicit intendens dehonorationem. Apostolus etiam Roma. primo dicit. Digni sunt morte scilicet eterna qui faciunt peccata enumerata ibi inter que ponitur contumelia. Et Clemens. Damnatione sũt digni qui patribus legatione dei fungentibus cõtumeliam inferunt. ij. q. vij. c. Qualis.

Quantum ad se. §. III.

Contumelie pena describitur.

cundum notatur pena consequens ex impropio seu contumelia dum dicitur. Confusionem meam scilicet ex improperio mihi secutam. Confusio enim ut dicit Catholicon importat erubescentiam. Erubescentia autem magna est pena: vt dicit Augustinus de peni. distin. vi. c. i. Debet autez quilibet cauere sibi inferre proximo penam vel tristitiam. Unde abstinere debz primo ab improperio seu contumelia culpe improperando ⁊ culpam preteritam sine causa rationabili. Quod ꝓhibetur Eccle. viij. Ne despicias hominem auertentem se a peccato scilicet per penitentiam: nec improperes ei. Memento quia omnes ĩ corruptiõe sumus: sicut nec christus ĩproperauit Magdalene penitenti peccata sed texit remittendo et pater recepit filium prodigum reuertentem. Joannes euangelista illum iuuenem qui ex discipulis effectus erat princeps latronum osculãs ei manum qua homicidia perpetrauerat vt non confũderetur. Sed gaudere debes quia frater tuꝰ erat mortuꝰ ⁊ reuiuixit sicut gaudẽt angeli d̃ vno peccatore penitentiam agente. Memento quia ⁊ tu aliquando in talia cecidisti vel talia adhuc ⁊ peiora agis vel saltem ea perpetrare potuisti. Secũdo debet quis abstinere ab improperio indigẽte: scilicet rememorando eius subuentionem sibi factam in necessitate ad confundendum ⁊ dehonorandum eum. Unde dicitur Ecclesiasti. xli. Cuz dederis: ne improperes sed imitteris deum: vt dicit ibi glo. Qui dat omnibus affluenter ⁊ nõ improperat. Jac. primo. Et de improperante beneficium factum dicitur Ecclesi. xx. Datum insipientis non erit tibi vtile. Nam oculi eius septemplices sunt: exigua dabit ⁊ improperabit multa insipiens est peccator ⁊ contumeliosus. Oculi eius intentõ eius ⁊ hi septemplices idest ad varia emolumenta intendens: videlicet: emolumentum ind̃sperando importune exigẽdo: multotiens improperando: dominium bonorum tuorum ambiendo te sibi subijciendo: de eo inaniter gloriando datum multo maius quam sit reputando. Et sic non erit tibi vtile. Debet etiam quis abstinere ab improperio seu conuitio defectus nature: videlicet: non vocando illegitimum vel cecum vel hebetem vel stultuz ⁊ huiusmodi. Ecclesia. xxij. Est reuersio ad amicum excepto qui conuitio ⁊ maledicto ⁊c̃. Unde ⁊ fenẽna que multos habeat filios quia exprobrauit Annam ⁊ improperabat seu conuiciabatur ei ꝙ dominus conclusisset vuluam eius idest ꝙ sterelis esset punita est quia filios amisit primo Regum. primo. Cum autem per contumeliam quis faciat iniuriam proximo notabilem tenetur ei satisfacere saltem petendo veniam. Sic enim christus docuit dicẽs Mathe. v. Si frater tuus habeat aliquid aduersum te: quia. s. ei iniuriasti: vade reconciliari fratri tuo scilicet petendo veniam. Notabile exẽ-

Armã pte de illata iniuria ẽ nãuz.

plum habetur circa hoc in vitis fratrum. Cum enim quidam contumeliam intulisset fratri suo qui dictus est frater Nicolaus de Juuenatio: et ñ sibi reconciliasset venia petita: accidit q̄ inde ad paucos dies infirmatus ille moreretur. Post mō tem vero apparuit ipsi fratri Nicolao petens ab eo veniā ò contumelia illata. Cui ille respondit: sciens illum esse defunctum. Uenian ꝑpete a xp̄o in cuius iudicio ꝛ foro es constitutus. Et ille xp̄us mihi nō vult dimittere nisi prius humiliatus veniam a te petens obtinuero. Quod libenter fecit ꝛ sic a xp̄o veniam impetrauit. Debet autem contumeliatus oblata sibi satisfactione competenti ignoscere: alias grauiter peccaret. Unde dicitur di.ix. Si quis contristatus noluerit reconciliari fratri suo satisfaciente eo accerrimus macteretur i edijs glo. ibi excōicationis.

Quantum ad ter. §. IIII.

tium scilicet congruentiam seruatam notatur cū dicitur. Reuerentiam meam quam scilicz habui ad te deus pater in ipsis improperijs quia non recessi a timore tuo ꝛ dilectione propter huiusmodi iniurias ꝛ contumelias: sed voluntarie ꝛ patiēter sustinui. Unde ꝛ subdit. Improperium expectauit cor meum ꝛ miseriam ideſt ad ista me non timitus sed voluntarius preparaui vt dicit glo. Ut autem dicit Pe. in canonica ideſt christus passus est pro nobis vobis relinquens exemplum vt seq̄mini vestigia eius patienter ferendo contumelias vt ipse fecit. Unde Liberius papa. Non vos a promentis proposito afflictionis amaritudo coarcet recedere considerantes quanta creator dominus pro vobis pertulerit: quibus ve contumelijs afficiendum tradiderit pro vestra liberatione. vij. q. i. Suggestum. Et notandum circa contumelias verborum ꝛ factorum q̄.

Aliquando oportet repellere.
Aliquando decet sufferre.
Aliquando debet quis reprehendere.

Primo contumelia est aliquando repellenda scilicet puniendo contumeliantem quando quis scilicet habet auctoritatem super eum. Contumelia enim iussu principis ꝛ manu militis est repellēda. Unde Ro. xiij. dicitur. Non sine causa gladiū portat. Dei enim minister est: vindex in iram i eū qui male facit. Precipue autem contumelias ꝛ ea que sunt in iniuriam dei vel ecclesie oportet punire. Unde Crisо. dicit q̄ in iniurijs proprijs esse patientem laudabile est in iniurijs dei impium. Et quia contumelie que dicuntur contra rectores: p̄cipue prelatos ecclesie: precipue vergunt in contumeliam dei: ideo puniende. Et quanuis quis debeat magis punire si potestatem habet contumelias aliorum q̄ proprias: quia minus suspectus habetur ne moueatur cupiditate priuati honoris tamen ꝛ in eum illatas potest punire in quantum vergunt in iniuriam ecclesie ꝛ detrimentum bōi communis: vt dicitur. xxiij. q. iij. Guilisarius cuz §. sequenti. ꝛ glo. ibi. Secundo aliquando cō tumelia est sufferenda: ꝛ hoc ratione cuitande demeritatis: iuxta illud prouer. xxvi. Ne respondeas stulto iuxta stultitiaz suam ne ei similis efficaris. Tacere quippe ꝛ non respondere contumelianti quando quis hoc faceret vt sic tacens magis prouocaret illum ad iracundiam peccatum esset sed tacere ne ꝛ ipe respondens incurrat contumelias vel magis illum ed iram accendat debitum ē ꝛ virtuosum. Secundo debet sufferri ratione incorrigibilitatis. Cum enim contumelians est incorrigibilis: nec in eum habet auctoritatem: sufferre debet ꝛ tacere. Sicut ꝛ christus cum contumeliaretur non respondit nec Herodi. nec Pylato: nec scribis ꝛ phariseis contumeliantibus eū: quia obstinati erant: vt habetur in euangelijs. Tertio sufferenda est contumelia ratione conseruande virtutis scilicet patientie. Sicut enim patientia necessaria est nobis in his q̄ fiunt ꝑ nos ita ꝛ i his q̄ ꝑ nos dicāt. Patientia ait apls nobis necessaria est. Eccle. viij. Non litiges cum homine linguato: nec struas in ignem eius ligna: nec cum potente ne te per potentiam opprimat: nec cum diuite ne te per pecuniam vincat: nec cum loquace ne te per eloquentiam decipiat. Unde ò in ps. xxxvij. dicitur. Qui iquerebant mala mihi loquti sunt vanitates ideſt falsitate). Et subditur. Ego autem tanquam surdus non audiebam: ꝛ sicut mutus non aperiens os suum. Non dicit ego surdus sz tāquā surdus: quia in h̄ est virtus patientie: vt audiens contumelias tanquam non audiret non murmuret in corde: nec ore contumelijs respondeat. Tertio debet aliquando reprehendi contumelia in dicto vel facto quod licet oibus. Unde ꝛ saluator contumeliatus facto: cū scilicet percussus fuit in faciem: percussorem reprehendit dicens. Quid me cedis? Nec ei aliam maxillam obtulit percutiendam Joan. xix. Et hoc duplici ratione secundum Tho. vbi supra primo vt audatia contumeliantis comprimatur secundum illud prouer. xxvi. Responde stulto iuxta stultitiam suam ne sibi sapiens videatur. Non tamen cum est in furore est arguendus: sed ipso sedato: nisi vtilitas communis aliud exigat: secundo ne aliorum profectus impediatur per cōtumelias illatas. Unde Grego. super Ezechie. Quoz vita in exemplo est posita ò bent si possunt detrahentium sibi verba compescere: ne eorum predicationem non audiant qui audire poterant: ꝛ in prauis moribus remanentes bene viuere contemnant.

¶ Contumelias alii oz repellere. alii sufferre. alii reprehendere.

De satisfactione. §. V.

p contumelijs. Nota q̄ dicit Umbertus in expositione regule q̄ quilibet tenetur ad satisfaciendū illi quem lesit verbo rixando vel contumeliando ⁊ tenetur ad satisfaciendum cito scilicet cum potest. Sicut enim in restitutione quod sine die certo ꝺbetur: omni die debetur: ita ⁊ hic. Unꝺ apostolus ad Ephe. iiij. dicit Sol non occidat super iracundiam vestram idest si contigat aliquem cōtumeliare ex ira anteq̄ trāseat dies reconciliamini cum eo. Sed querit aliquis que sit ista satisfactio ad quam tenetur ille qui verbo alium lesit puta contumeliando vel irridendo: ⁊ huiusmoꝺi? Respondeo triplex potest eē. Una est per verbuz vt cum quis de offensa veniam petit: sicut fecē Augustinus scribens Hieronymio dicens. Obsecro te per misericordiam Jesu christi si lesi te ignosce mihi. Secunda est per corporis humiliationem. Sicē fecit Semey Dauid quez contumeliauerat. Dicitur enim secūdo Regum: xix. q̄ Semey prostratus coram rege dixit ad eum. Ne reputes mihi domine iniquitatem neq̄ memineris iniquitatum serui tui. Tertia est per obsequia. Sicut Jacob voluit muneribus placare Esau fratrem suū Ro. xij. Si esuerit inimicus tuus ciba illuz. Sed queritur vtrum teneatur quilibet offendens verbo ad omnes huiusmodi satisfactiones? Respondeo. Sicut ledens alium in rebus non tenetur ei nisi ad certam quantitatem rei restituende scōm quātitatem ꝺamni: vel in ꝺubio ad arbitriuz boni viri. Jta ⁊ offendens verbo nō tenetur ad omnes huiusmoꝺi sed secunduz quantitatē offense: quod si offensus petit plus potest sibi sufficere satisfactio ad arbitrium boni viri: quāuis laudabile sit etiam plus ꝺebito facere pro pace proximorum. Si tamen p̄latus eēt qui excessisset i verbis corrigendo subditum ex ꝺebito iusticie non ꝺebz petere veniā a subdito sed ꝺño ꝺeo. Ne ꝺum nimium seruatur hūilitas regendi frangatur auctoritas vt dicit Aug. in regula. Potest etiam prelatus remittere iniuriam factam subdito suo ipi in iuriāti in persona vel verbis etiam contra voluntatem ipsius subditi iniuriati: ar. xij. q. i. Non dicatis in glo. Sed queritur. Si aliquis offēdit aliquem verbo in secreto ⁊ offensus querit satisfactionem sibi fieri in publico. Nunquid ad hoc tenetur offendens: vel econuerso si offendat quis vbo in publico ⁊ offendens vult satisfacere in occulto. Nunquid satisfaciet: Respōꝺeo ad p̄mū. Nō tenetur nisi quod fuit factum in occulto fuisset publicatum sicut fur qui latēter accipit nō tenetur publice restituere. Ad secundum ꝺico q̄ non sufficit. Argumentum in Paulo aplo cui condēnato ad carcerem non suffecit occulte liberari sed publice petijt educi ⁊ ꝺimitti. Item siquis contumeliando ꝺicit culpam alicuius: ⁊ offensus non vult recipere satisfactionem a ledente nisi ꝺicat se fuisse mentitum. Respondeo. Si cōtumelians scit se ꝺixisse verum: non tenetur: nec ille ꝺebet hoc ab eo exigere: sed si scit vel credit non esse verum sed falsum vel incertum: quia ꝺebet etiam cum ꝺamno fame sue ꝺicere se falsum ꝺixisse vel incertum aut ꝺubium secunduz q̄ habet in conscientia sua potest cum hoc ꝺicere aliqua alleuiantia culpam suam: puta q̄ audierat vel ex ira ꝺixerat: vel tunc credebat: nunc autem non credit illud eē verum si sic est. Non autem ꝺebet ꝺicere se fuisse mentiū si non fuit mentius sed falsum ꝺixit: quia si tunc credebat: modo scit vel credit contrarium. Ꝟ omnia Umbertus.

Caplin septimū ꝺe rixa ⁊ bello multiplici.

Jra filia est ire

secundum Grego. xxxi. li. moral. Et ex verbis Jsiꝺori i libro ethymologiarum potest haberi ꝺiffinitio eius. Ꝺicit enim q̄ rixosus est quasi ritu canino ꝺictus. Semper enim ad contradicēꝺum ē paratus: iurgio ꝺelectatur ⁊ p̄uocat contendentem. Tamen vt ꝺicit. b. Tho. secunda secunde q. xli. articu. i. rixa non nominat simpliciter contēti onez: sed tria que ponuntur in verbis Jsiꝺori ei? inoꝺinationem ꝺeclarant. Primo quiꝺem pmptitudinem animi ad contendendum: quod signat cum ꝺicit. Semper ad contradicendum paratus s. siue alius bene siue male ꝺicat aut faciat. Secūꝺo quia ipsa contradictione ꝺelectatur. Unde sequitur: ⁊ in iurgio ꝺelectatur. Tertio quia ipe alios p̄uocat ad contradictionem. Et ideo subditꝰ p̄uocat contendentem. Et etiam rixa quoꝺdaz bellum particulare inter aliquos. Unde Jacob. iiij. Unde bella ⁊ lites in vobis nonne ex concupiscētijs que militant i membris vestris. bella idest rixe: ⁊ litiga. Nec est contra quod ꝺictum est saltez q̄ oriatur rixa ex ira: ⁊ Jacobus ꝺixit oriri ex? cupiscētijs. Nam vt ꝺicit. b. Tho. vbi supra arti. ij. omnes passiones irascibiles ex passionibus concupiscibilibus oriuntur. Et sic rixa que oritur ex ira oritur ex concupiscentia vt ex prima radice. Ꝺissipa gentes que bella volunt ꝺicit p̄s. ad oīm p̄s. lxvij. Bellum vt ꝺicitur in catholicon ꝺicitur quasi bonum per antifrasim: sicut piscina que caret pisce. Non enim est bonum sed malum: ⁊ multa mala oriuntur ex eo. In tantum autem potest esse bonum in quantum non voluntarie appetitur. Sed ex necessitate exercetur ad se

p bellū tri. ē est.
p bellare oz ad intra.

Capitulū Septimū.

defendēdum debito mō. Et iō signanter ps. non dicit. Dissipa gentes q̄ bellauerūt. Multa. n. bella gesta sunt a sāctis viris dño iubēte ꝛ ꝓspante. Unde ad Heb. xi. Sancti fortes facti sunt in bello castra verterūt exterorū: vt Josue de quo Eccle. xlvj. fortis in bello Jesu naue ꝛc. Sed dissipat ait q̄ bella volūt q̄. s. bella delectabiliter suscipūt ad nocendum alijs. Ubi nota q̄ triplex ē bellum.
Primū bellū ēternale ꝛ angustiosum.
Scōm bellū ꝓticulare ꝛ rixosum.
Tertiū bellū populare ꝛ piculosum.

De primo dicitur. §. I.

Ecclesiastes tertio. Tēpus belli ꝛ tempus pacis. Primo oz bellare ꝫ vitia: ꝛ postea sequitur pax ī mēte. Et ps. lviij. Obumbrasti sup caput meum ī die belli. i. in tpe quo bellaui contra vitia vmbra tue gratie vel merito ꝛ memoria tue obscure passionis ꝓtexisti me ꝛ dedisti refrigerium. Señ. Da beto pacem cū hōibus: bellū cū vitijs. Dic Greg Scīēs apls nobis iā nō vltra bella cē carnaliter pagenda: sz aīe certamie ꝫ spūales aduersarios dīsu danda: velut magister militie ꝓceptum militibus xpi dat dicēs. Induite vos armaturā dei vt possitis stare aduersus insidias diaboli. xxiij. q. i. Nisi bella. Qñ āt inchoādū sit illud bellū oñdit Augusti. in li. xij. de ciui. dei. c. xvj. dicēs. Cum āt ventum fuerit ad etatem qua hō ꝓceptū capit ꝛ subdi pōt legis īperio: suscipiēdū ē bellum contra vitia ꝛ gerēdus acriꝰ ne ad vānabilia pcā pducāt. Et siqdem non victoriaꝫ ꝓsuetudine roborata sīt facilius vincūtur ꝛ cedūt. Sin āt vincere ꝛ unpare ꝓsueuerūt. s. vitia laboriosa difficultate superā tur: nec id veraciter ꝛ sincerē fit nisi delectatione iustīcie: h āt ē ī fide xpi. Quō belladum sit: docz idē Aug. in. xxij. d ciui. dei. c. xxiij. dicens. In pliorum tēptationibus contra vitia periculisq̄ ēt iusti versantur: in quibus ne eis nos subdam' vigilijs continuis excubantes: ne opinio verisimilis fallat: ne decipiat homo vsitus: ne se tenebre alicuius erroris effundant: ne quod bonum ē malū aut quod malum est bonum esse credatur: ne ab his que agenda sunt metus reuocet: ne in ea que agenda sunt cupido precipiter: ne super iracundiam sol occidat: ne inimicitie prouocēt ad retributionē malī pro malo: ne absorbeat inhonesta vel immoderata trīsticia: ne in perciendorum beneficiorum ingerat mens ingrata torporem: ne male dicis rumoribus conscientia bona fatigetur ne temeraria suspicio nostra decipiat ne aliena de nobis falsa nos frangat: ne regnet peccatum ī nostro mortali corpore ad obediendum desideriis eius: nec membra nostra exhibeātur arma iniquitatis peccato: ne oculus sequatur concupiscentiam: ne vindicandi cupiditas vincat ne in eo quod male delectat vel visio vel cogitatio remoretur: ne ipsum aut indecens verbum libenter audiatur: ne fiat quod non licet etiam si libet. Nec in hoc bello laborum periculorumq̄ plenissimo vl' de viribus nostris spetur facienda victoria vel viribus nostris facta tribuatur: sed eius gratia de qua dīc apostolus. Gratias autem deo qui dat nobis victoriam per Jesum xpm dñm nm. Et alibi ī oīb' his supamus ꝓpter deum qui dilexit nos hec oīa ille. Quia ergo ista bella sunt periculosa: iō non appetenda: sed q̄tum ī nobis ē vitanda fugiendo occasiones temptationum. Qui āt non vitant occasiones sed ingerūt se eis illi quasi volunt bella ꝛ rixas vitiorum de his dicit ps. Dissipa gentes que bella volunt. Et ponitur dissipa pro dissipa bis fin mortem prophetice. q. ideſt destrues vt. s. vincantur. Qui enim amat periculum: incidet ī illō vt dicitur Eccl. iij.

Secundum bellū. §. II.

est rixa de qua ꝓncipaliter intenditur Jaco. iij. Belligeratis. s. faciendo rixas: ꝛ non potestis adipisci scilicet quod cupitis. Uarius est enim cuentus vel vt dicitur. ij. Reg. xi. Qui enim rixat cū altero intendit supare ꝛ ipse supatur sepe ꝛ peccatur: ꝛ iō vitandum ē. Unde cum pastores Loth. rixati sūt cū pastorib' Abrahe ꝓpter greges mlt̄os pecorum quos habebant. Ad hanc tollendā dixit Abraham. Ne queso sit iurgiū inter me ꝛ te: ꝛ pastores meos ꝛ tuos: seperemus nos ab ūicem. Si tu ieris ad dextram ꝛc. Gene. xiij. De ipso autem bello rixe tria videda sunt.
Eius ortum.
Eius actum.
Eius nocumentuꝫ.
Oritur ꝓncipaliter rixa ex ira. Unde dī ꝓuer. xv. Uir iracūdus ꝓuocat rixas. Hoc āt sic ꝺclarat. b. Tho. scōa scōe. q. xli. arti. ij. Rixa importat quādam contradictionem vsq̄ ad facta proueniētem dum vnus alterum ledere molitur. Dupliciter āt vnus alium ledere intendit. Uno modo quasi intendens absolute malum eius ꝛ talis lesio pertinet ad actum odij cuius intentio est ad ledendum inimicum vel in manifesto vel in occulto. Unde ꝛ aliquando rixa ex odio oritur ꝓpter quod dicitur ꝓuer. io. Odium suscitat rixas. Non tamē rixa est propius effectus odij: quia ꝓter intentōnem odientis est q̄ rixose et in manifesto ledat. Alio modo aliquis intendit alium ledere eo sciēte ꝛ repugnāte quod importatur noīe rixe. Et h ꝓprie pertinet ad iraꝫ que est appetitus vindicte Non autem sufficit irato q̄ latenter noceat ei cōtra quē irascitur sed vult q̄ ipse sentiat: ꝛ q̄ ꝓtra volūtatem suā aliquid patiatur ī vindictam eius quod fecit. Procedit etiam aliqñ ex supbia l'iani gloria: nō tñ directe sed occasionaliter ī quātum

p de bello vnde ꝛa sūt videnda.
m
7.

aliquis ex hoc concitatur ad rixam ⁊ iurgium: quia ad iniuriam sibi reputat q̄ alius se ei prefe rat: propter quod dicitur prouer. xxviij. Qui se iactat ⁊ dilatat: iurgia concitat. Jurgium autem idem videtur quod rixa. Jactare se ex superbia l̄ inani gloria: procedit. Quantum ad secundū. s. actum: sciendum ē secundum Tho. vbi supra ar ti. i. q̄ sicut intentio importat quandam contra ditionem in verbis: ita rixa importat: quandam contradictionem in factis. Unde dicit glo. ad Gal. v. q̄ rixe sunt quando ex ira inuicē se percu tiūt homines. Et ideo rixa videtur quoddam p̄ uatum bellum quod inter priuatas personas agi tur: non ex aliqua publica auctoritate sed magis ex inordinata voluntate. Et ideo rixa semp̄ ipor tat peccatum. Sed rixa ē ꝑprie ex parte eorum q̄ etiam iniuste inuadunt alium vel alios. vel etiaꝫ qui se defendunt cum iuste inuaduntur: puta cuꝫ ministri rectoris volunt iuste capere aliquos reos ⁊ illi se defendunt ne capiātur tunc rixa ē in eis. In eis autem qui se defendunt solo animo repel lendi iniuriam cum debita moderatōne non ē ꝑ prie rixa nec peccatum. Quia vim vi repellere: ē de iure nature: di. i. Jus naturale. Similiter nō ē ꝑprie rixa in his qui inuadunt alios vt capiāt ex officio suo qui se defendunt. Unde cuꝫ fuī Jsaac foderunt puteum ⁊ inuenerunt aquam q̄ per il lam rixati sunt: vt dicitur Gen. xxvj. non i ferus Jacob fuit rixa: sed in incolis terre qui iniuste mo lestauerunt illos. Quantum ad tertium scilicet ō nocumento huius vitij: sciendū q̄ multipliciter nocet. Primo quidem quia inducit ad mortem e ternam cum sit mortale peccatum: quando vꝫ q̄s inuadit aliquem iniuste vt percutiat eū vel etiaꝫ cum defendit se iuste inuasum ab officiali vt capi atur: vel etiam cum defendit se iniuste inuasū ex odio vel vindicandi animo: vel cum excessu nōbi li debite moderationis: ut si inuadens percutiat eū manu: ⁊ ille gladio percutit: in omnibus his mortale ē secundum Tho. vbi supra. Et ratio est quia inferre nocumentum ꝑprio opere manua li non est absqꝫ mortali: quia contra iusticiam et contra mandatum illud. Non occides in quo ꝑ hibetur omnis lesio personalis iniuriosa secūdū Aug. ō peni. di. i. Homicidij. Probatur etiā hoc s. rixam esse peccatum mortale ex hoc q̄ aplus ponit rixas inter opera carnis de quibus dic̄ ad Gal. v. Qui talia agunt regnum dei non ꝓsequē tur. Non autem priuatur quis regno dei nisi per mortale. Ueniale autem est cum se quis defendē do cum aliquo leui motu odij vel vindicte hoc a git: aut cum excedit aliquantulum modum defē sionis debitum. Nocet quoqꝫ rixa quia per eam generantur odia ⁊ discordie in mentibus rixanti um: propter quod dicitur prouer. xvij. Qui me ditatur discordias seminat rixas idest qui intēdit seminare inē aliq̄s discordias: ꝓcurat q̄ ad inuicē rixentur vt inde in eoꝝ cordibus ꝑ rixas discoꝛ die ⁊ odia generēt. Unū. n. pcm̄ potest imparare actum alterius pcī in suū finē ordinando. Nocꝫ rixa corpi: qz frequēter plus recipit q̄ alteri faciat mali. Punitur ēt pena peccūiali l̄ corꝑali a iudice fin excessus q̄titatem qz iura mandant ista puni ri vt pꝫ. xxiij. q. fi. in. c. fi. vbi mādantur puniri vt homicide qui rixātur: ⁊ qui in rixa fuerit occisus Dissipa ergo deus gentes que volunt ista bella ri xarum vt recipiant quod merentur.

Tertium bellum. §. III.

dicit poplare qō ē valde piculosuꝫ: qz innumera mala inde sequūt: cum. s. vn' populus seu ciuitas īsurgit ꝯ aliā: vel vna ps eiusdē ciuitatis ꝯ aliam ad nocēdū: ꝑdādū: subiiciēdum expellēdū ⁊ occi dendum. Et cū iniustū ē bellū q̄cūqꝫ ibi scienter ⁊ volūtarie ꝓcurrit mortaliē peccat vltra alia pec cata que ibi cōmittūtur. nam q̄cquid accipit ab alia ꝑte rapina ē: si vulnerat vl occidit homicida ē ⁊ alia mala ei īputāt. Est āt bellum iustū cū nō ꝑ repetendis rebus ablatis aut vlciscendis iniu rijs quando scilicet ablate sunt res vel iniurie fac te ab aliqua ciuitate vel populo ⁊ emendare non vult: ꝓpter quod bellum sumitur ⁊ iustuꝫ cuꝫ fit ꝑncipis auctoritate: vt ar. xxiij. q. ij. Justum. xxiij q. i. Quid culpatur. Sed cum fit bellū ex ābitōe ⁊ auaritia ⁊ odio: vel ad dilatandum dominium suum ad augendas diuitias ad dep̄mendum ⁊ ex terminandum alios ob odium ⁊ inuidiam ⁊ hu iusmodi. Unō Aug. Quid culpatur in bello: an quia moriūtur homines aliq̄n morituri vt oīent in pace victuri hoc reprehēdisse timidorum ē nō religiosorum. Nocendi cupiditas: vlciscendi cru delitas: implacabilis animus feritas rebellandi: li bido dominandi: hec ⁊ his similia in bellis iure culpātur. xxiij. q. i. Quid culpatur. Quod vtiq̄ fit suggestione demonum qui de hominum per ditione letantur corꝑali ⁊ spirituali. Unde et Aug. de ciui. dei. c. xxv. refert q̄ in magna plani tie circa romam visi sunt oī romanorum q̄ ōmo nes erāt quos colebant sub diuersis nominibus Jouis Martis ⁊ alijs innumeris: ad inuicē bel lare: quod ideo fecerunt ipsi demones in aliqua specie appentes: vt sic prouocarent ipsos romāos ad bella tamq̄ honesta ⁊ licita exquo oī ipi exē cebant. Sed propter quam causam deus bella p mittat qui semper ex malis elicit bona ⁊ maiora ostendit Augusti. in primo de ciui. dei. c. ij. dicēs Si quid recte saperent illa que ab hostibus aspa ⁊ dura perpessi sunt illi diuine prouidentie tribu ere que solet corruptos hominum mores bellis emendare atq̄ cōterere. Jtemq̄ vitā mortalium rectam atq̄ laudabilem talibus afflictionibus exercere probataq̄ vel in meliora transferre

timor abiicitur ⁊ contemnitur per illam speciem blasfemie in spiritum sanctum que dicitur presũptio que non consistit in hoc q̃ iusticia dei neget corde vel ore idest q̃ credatur ipsum non punire peccata: quia hoc pertinet ad infidelitatem. Sed in hoc q̃ contemnit ipsam considerationem diuine iusticie: puta cum intendit aliquod peccatum perpetrare: ⁊ instigatur mens eius ⁊ monetur ad considerandum iusticiam dei punire grauiter tale peccatum: mens ipsa contemnit ⁊ conatur abij cere illam instigationem timoris quo tangitur ex diuine iusticie consideratione quasi sibi persuadendo q̃ non puniat vt liberius peccet: ⁊ sic presumit veniam sine penitentia adipisci: vel gloriaꝫ sine meritis. Cum tamen dicat regula iuris in. vi. Uenia non datur nisi correcto. scilicet ad penitentiam. Et Augustinus. Ita impartitur a deo largitas misericordie q̃ non deseratur seueritas discipline: de peniten. disti. i. Neminem. Et si liber homo ambulans per viam iuxta quam est fouea ꝑ fundissima proiiceret se in eam non est liber ad exeundum nisi alterius adiutorio. Ita ⁊ in foueã peccati quod ad infernum ducit: liber est quilibꝫ per se ad intrandum sed non ad egrediendum nisi deus porrigat ei manum gratie. Quod agnoscens psalmus. lxviij. dicebat. Emitte manum tuam de alto: eripe me ⁊ libera me de aquis multis scilicet vitiorum: quia scilicet per me non valeo. Hanc presumptione videtur fuisse deceptus Joachim filius manasse regis Juda: Cum enim vidisset patrem eius Manassez per plurimos annos sceleratissime vixisse in omni genere mali: vt ⁊ Isaiam nobilissimum prophetam serra linea secari fecerit: ⁊ ciuitatem Hierusalem impleuerit sanguine prophetarum ⁊ Idolatrie fecerit populum: ⁊ alia innumera mala: circa finem regni sui captiuatus recognouit scelera sua penitentiam agens ⁊ deꝰ indulsit ei vt patet iij. Reguꝫ. xix. Esti mauit ergo forte iste sic posse transire in mundo isto vt male viuendo per multum temporis post ea ad placitum suum ad penitentiam rediret: vel de facili deus ei ignoscere vt patri. Sed presumptio ista decepit eum: Nam cum vitijs esset dedit̃ propter malum regimen eius fuit infectus a populo ⁊ male finiuit dies suos. Per spem etiam que consurgit in mente hominis ex consideratione diuine misericordie remittentis peccata ⁊ premiantis bona: homo retrahitur a peccato: seu resurgit a peccato. Sed hec spes tollitur per desperationem de diuina misericordia non scilicet q̃ non credat deum velle vel posse relaxare peccata quecunqꝫ ad penitentiam redeunti: quia hoc pti neret ad heresim: sed quia contemnit talez considerationem: vt cum inspiratio tangit cor peccatoris vt desistat ⁊ peniteat: cum deus semper sit paratus recipere peccatorem quencunqꝫ reuertentem ad penitentiam: abiicit ille ⁊ conatur expellere illam inspirationem persuadens sibi deũ non sibi ignosciturum aut saluaturum eum sed esse reprobum ⁊ damnandum vt sic effrenatius peccet: ex quo damnandus est. Et istud est pessimum omnium malorum in quo incidit Laym: cum dixit reprehensus a deo de fratricidio perpetrato. Maior est iniquitas mea quã vt veniam merear. Gene. quarto. Sed vt dicit Augustinus De nemine desperandu est quãdiu patientia domini ad penitentiam adducit: seu dum est in hoc corpore constitutus vt dicit leo papa. xxvi. q. vi. Ista enim est differentia inter spiritum vnitum carni: ⁊ separatum a carne: quia vnitus carni sẽper est susceptilis penitentie: separatus non. Sic enim liberum arbitrium hominis verti potest a quacunqꝫ virtute ad malum declinando. Ita a quocunqꝫ malo ad bonum se conuertendo. Qꝺ expresse dicit dominus qui mentiri non potest. Ezechi. xviij. In quacunqꝫ die conuersus fuerit peccator ⁊ ingemuerit omnium iniquitatum eius non recordabor. Et leo papa in decretis de peni. distin. i. c. Multiplex. Misericordie dei nec mensuras ponere possumus nec tempora diffinire: apud quem nullas patitur moras conuersio. Periculosa igitur est desperatio vt dicitur. ij. Regũ. ij. ⁊ magis quã presumptio. Ab vtraqꝫ autem cauẽdum est. Nec ita presumendum de eius misericõdia tanquã mala non puniat: nec desperandum de venia tanquã conuersis peccatoribus non paret. Misericordia enim miserator dominus ⁊ iustus. ait psalmus. cxi. Inter timorem ergo ⁊ spem debemus ambulare. In cuius figuram dominus mandauit in veteri lege Deutro. xxiij. vt non sumeretur pro pignore mola superior vel inferior: vt sic semper secum habeat in domo sua. Mola superior que comprimit materiam ne eleuetur significat ⁊ designat timorem quo quis timendo diuinam iusticiam mala punientem detinet eum ne eleuetur ⁊ presumat nimis de se vel de dei misericordia. Mola inferior que retinet materiam ne descendat significat spem que retinet mentem ne cadat in profundum desperationis. Conterẽda autem sunt peccata per dolorem inter vtrũqꝫ scilicet spem ⁊ timorem ⁊ separandum est furfur malorum a simila bonorum in operibus nostris per illa duo. Ex parte vero donorum dei quibus retrahimur a peccato duo sunt ista scilicet cognitio veritatis ⁊ auxiliuꝫ interioris gratie. Ex hoc enim q̃ quis cognoscit veritatem circa aliquid fiendum vel vitandum: multum iuuatur ad vitandum peccatum: sicut econtra non cognoscendo non potest euitari malum. Contra hoc autem est tertia species blasfemie in spiritum sanctum que dicitur impugnatio veritatis agnite: non cuiuscunqꝫ veritatis vt circa naturalia vel artificialia

vel tempotalia in litigijs:sed impugnatio veritatis agnite circa ea que sunt fidei ⁊ bonorum morum. Sicut si quis conuictus ratione alterius de aliquo suo errore circa fidem perpendens errorē suum permanet ⁊ perseuerat ad defendendum ipsum ne videatur errasse: vel etiam cum perpendens seu instigatus vel illustratus aliquod eē peccatum mortale: vt vsuram: fornicationem ⁊ huiusmodi: vt liberius peccet: repellit ⁊ abijcit illum instinctum: vel etiam ore defendit talem errorem quem cognoscit falsum esse. Unde Augustinus dicit in libro ō vnico baptismo. Qui contempto veritate vult sequi consuetudinem: aut circa fratres est malignus quibus veritas manifestatur: aut circa deum ingratus cuius inspiratione regitur ecclesia distin. viij. Quod secundum Tho. pertinere videtur ad peccatum in spiritum sanctum. Et Cyprianus dist. ea. c. consuetudo dicit. Qui post veritatem manifestatā in errore perseuerat: prudens ⁊ sciens non iam in venia ignorantie peccat cum a ratione superetur. Ad hanc blasfemiam deuenerunt scribe ⁊ pharisei qui cognoscentes vel de facili valentes congoscere christum esse messiam eis in lege promissum noluerunt credere vel confiteri sed contradicebant dicentes in Belzebub eum facere miracula quibus ostendebat doctrine sue veritatem ⁊ diuinam suam. Et iterum Lazarum resuscitatum ab eo voluerūt occidere ad impugnandum veritattm sue virtutis: ⁊ hoc faciebant ne viderentur minus sapiētes ⁊ ne amitterent oblationes ⁊ decimas a populo ⁊ huiusmodi. Aliud donum dei per quod quis retrahitur a peccato est gratia diuina. Justificati gratis per gratiam ipsius Ro. ij. Gratia enim dei quis iustificatur idest de impio fit iustus ⁊ per ipsam vitat peccatum. Et q̄uis gratia ⁊ veritas per christum facta sit: vt dicitur Joannis p̄mo tamen h̄ fuit mediantibus donis spiritus sācti que ō̄dit hominibus. Sicut autem contra virtutem est impugnatio veritatis vt dictum est ira ⁊ contra gratiam. Est quarta blasfemia in spiritum sanctū que dicitur inuidentia fraterne gratie que in hoc differt ab inuidia que est vitium capitale: quia inuidia vitium capitale facit dolore ⁊ contristari ō bonis proximi in q̄tum secundum estimationez inuidentis falsam habent diminuere honorem ⁊ reputationem eius. Sed inuidia fraterne gratie que est peccatum in spiritum sanctum contristat ⁊ dolet non solum de bono proximi sed ō gratia dei crescente in mūdo: vt q̄ fides dilatetur: q̄ peccatores conuertantur ad deum a malis abstineāt ⁊ huiusmodi. Ad quam blasfemiam reducitur peccatum scismatis secundum Tho. quia per fraternam gratiam cui opponitur hec inuidētia: mēbra ecclesie vniuntur. Sed scisma diuisionem ab hac ponit. Unde Augustinus in libro de sermōe domini i monte dicit. Inuidie facibus fraternitatem impugnare est peccare in spiritum sanctum. Sed super epistolam ad Ro. ij. capi. dicit beatus Tho. q̄ dona quibus quis retrahitur a peccato. sunt fides secundum illud prouer. xv. Per fidem purgantur peccata: ⁊ charitas secundum illud ,p uer. x. Uniuersa delicta operit charitas. Contra primum est impugnatio veritatis agnite scilicet fidei contra quam fecerunt filij Jsrahel in deserto quando adorantes vitulum aureum dixerūt. Hi sunt dij tui Jsrahel qui te eduxerunt de egypto. Exo. xxxij. attribuentes deōni operationem dei: scilicet liberationem suam. Contra secundum est inuidia fraterne gratie. Hac inuidia promoti iudei in Anthiochia videntes scilicet q̄ plures conuertebantur ad fidem christi per predicationem Pauli cōcitauerunt religiosas mulieres ⁊ p̄miores ciuitatis excitantes persecutionem in Paulū ⁊ Barnabam: ⁊ sic ciecerunt de finib' illis. Act. xiij. Hac inuidia permotus Demetrius quidā nomine argentarius qui faciebat edes dee Diane Gentilis enim erat ⁊ prestabat magnum questuz artificibus ex illo opere: videns per predicationē Pauli euacuari cultus dee Diane in Epheso ⁊ introduci fidem ⁊ gratiam christi: concitauit artifices ostendens ex hoc ei auferi lucrum de arte sua ad faciendam seditionem in ciuitate vt inō expellerentur vl' occiderentur. Act. xix. Ex parte vero peccati duo sunt que homines a peccato retrahere possunt: quorum vnum est inordinatio ⁊ turpitudo actus peccati. Aliud est breuitas ⁊ prauitas boni quod quis querit in peccato. Primum ergo scilicet consideratio turpitudinis ⁊ inordinatiōis peccati solet homines inducere ad penitentiam de peccato cōmisso. Nil enim turpius peccato. Adeo enim turpe est ⁊ inordinatum vt dicit Sen̄. ali ethnicus. Si scirem deos ignoscituros: ⁊ homines ignoraturos scilicet peccatum meum adhuc dedignaret peccare. Non enim propter aliud homo vtens ratione non bestialitate erubescit de peccato ⁊ habet confusionem nisi propter turpitudinem eius. Naturaliter autē homo horret ⁊ fugit que reputat turpia. Contra hanc aūt considerationem ponitur quinta species peccati i spiritum sanctum scilicet impenitentia: non tam sumendo impenitentiam prout importat permanentiam in peccato vsq; ad mortē inclusiue. Sic enim non est speciale peccatum sed quedam circunstantia que reperiri potest in omni peccato: vt dictum est in primo. §. sed secūdum q̄ impōtat propositum non penitendi vnq̄. De quo peccato ait Apostolus ad Roma. ij. Tu autem secundum duritiam tuam ⁊ secundum impenitens cor tuum thesaurizas tibi iram in die ire: idest accumulas tibi reatum pene in die iudicij. Ubi dicit glosa q̄ ibi notatur blasfemia in spiritum sanctum scilic

impenitentiam. Et ad hanc impenitentiam secũ dum Tho. reducitur simulata penitentia que di citur blasphemia in spiritum sanctum secundũ glo sam. Leuit. vij. quod itelligo scilicet cũ quis nũq̃ intendit vere penitere ꝛ cõfiteri sed semper simu late ꝛ ficte. Nam ꝙ aliquando quis ficte confitea tur ex quadam verecundia intendens alias recte confiteri quanuis mortaliter peccet nõ tamẽ pec cat in spiritum sanctum. Aliud quod retrahit a peccato ex parte ipsius est consideratio breuitatis ꝛ paruitatis boni quod est in peccato quod mo mentaneum ꝛ quasi nihil secundum illud Ro. vi. Quem fructum habuistis i his in quibus nũc erubescitis. Nã stipendia peccati mors: ꝛ omnis malus impletur penitudine. Dicit philosophus i libro ethicorum ꝛ Grego. in moral'. Momenta neum quod delectat: eternum quod cruciat. Jsta igitur consideratio solet hominem inducere ad hoc ꝙ voluntas eius non firmetur in peccato. Sz tol litur hoc per obstinationem quando scilicet ho mo firmat propositum suum in hoc ꝙ peccato i hereat. Et de hac obstinatione ꝛ impenitentia dicitur Jere. viij. Nullus est qui agat penitentiaz super peccato suo dicens quid feci. Quo ad pri mum omnes conuersi sunt ad cursuz quasi equꝰ impetu vadens ad prelium quo ad obstinationez Et ad hanc obstinationem reducitur contemptꝰ seu nolle obedire superioribus firmiter. Dicit. n. Ber. in libro de dispensatione ꝛ precepto ꝙ nolle obedire est resistere spiritui sancto. Ad quod ẽt pertinet quod dicit Damasus papa. xxv. q. ij. ꝙ violatores canonum voluntarij ꝛ sine causa idest per contemptum seu rebellionem blasphemiam in ferũt spiritui sancto a quo conditi sunt. Hac ob stinatione ꝛ impenitentia detentus Pharao rex egypti post decem plagas in quibus vt remouerẽ tur promittebat dimissionem populi israhel de e gypto prout dominus sibi mandauerat per Mo ysem ꝛ Aaron. Adhuc obstinatus manens ipse cum exercitibus suis persequens populum illum quem dimiserat ex morte primogenitorum om nium in Egypto hominum ꝛ brutorum vt eum reduceret in seruitutem submersus est cum suis: ꝛ sic descenderunt in profundum scilicet maris q̃ si lapis: ꝛ per obstinationem descenderunt in pro fundum inferni. Sequende sunt igitur bone ispi rationes dei que sunt a gratia spiritus sancti scili cet consideratio iusticie ꝛ misericordie dei: instinc tus veritatis ꝛ charitatis: recogitatio turpitudis peccati: ꝛ puitas fructus eius seu nullitas: ꝛ sic vi tandum peccatum: ꝛ de ipso exeundum. Naz vt dicit Hiero. Moderatio dei ac pietas solum no strum reditum querit ac nos cupit longa sua bõi tate saluare. Qõ si non conuertimur si ouri colli sumus: si vsqz in finem in malis perseueram'. Af sidue peccantium non miseretur deus: di. lxxxxiij Diaconi. Et ad hoc hortatur apostolus dicẽs. ij. Cor. vi. Hortamur vos ne i vacuuz gratiaz dei re cipiatis: que est gratia spũs sancti.

Quantum ad secũ. §. II.

dum principale scilicet ꝙ peccatum in spirituz sã ctum habet malicie preparabilitatem idest presu ponit aliam maliciam idest peccata ante ppetrati onem ipsius: potest hoc notari in eo quod dicit ex Basan: quod interpretatur siccitas scilicet bõ ris gratie a qua non desiccatur seu priuatur ania nisi per mortalia. Ex Basan ergo idest ex confusi one peccatorum ꝛ siccitate gratie homines desce dunt in profundum maris idest in peccatum in spiritum sanctum. Naturalis enim ordo hoc hẽt vt ab imperfecto quis moueatur ad perfectuz. Et in bonis hoc apparet: quia vt dicitur prouer. iiij. Justorum semita quasi lux splendens crescit ꝛ p ficit vsqz ad perfectum diem. Nemo enim repen te fit summus sed a minimis quisqz incboat: vt ad maiõa perueniat ò peni. di. ij. §. hoc que. Sic ꝛ in malis vbi perfectum malum dicitur quod ẽ maximum malum secundum philosophũ. Qui etiam dicit in. vi. ethicorum ꝙ ꝛsi homo possit i iusta facere non tamen statim vt iustus operatur idest ex electione seu habitu: cum habitus genere tur ex pluribus precedentibus actibus. Et pro hu iusmodi declaratione dicit beatus Tho. secunda secunde. q. xiij articulo. iiij. ꝙ si peccare i spirituz sanctum dicatur large scilicet peccare ex malicia seu electione: sic certum est ꝙ presupponit pecca tum istud alia peccata ratione iam dicta: quia h est peccare ex habitu malicie: habitus autem nõ generetur subito sed ex frequentibus actibus. Si cut ex frequentatis actibus abstinentie ꝛ castitatis fit aliquis habitus in abstinentia ꝛ castitate se cundum virtutem acquisitam. Jta ex frequenti bus actibus luxurie vel alteri' vitij fit aliquis ha bituatus in luxuria vel alio vitõ. Sed si sumatur peccatum in spiritum sanctum stricte scilicet pro ea malicia qua quis abijcit ꝛ contemnit ea p que posset retrahi a peccato scilicet consideratione diuine iusticie vel misericordie: ꝛ huiusmodi de q̃ bus dictum est in. §. precedenti: sic etiam plerũq̃ ꝛ communiter presupponit prius alia peccata cõ missa: quia vt dicitur prouer. xviij. Impius cum in profundum peccatorum venerit contemnit. Potest tamen contingere ꝙ in primo actu excidẽ do a gratia peccet quis in spiritum sanctum. Et hoc tum propter libertatem arbitrij qua quis su bito vertꝰ potest ad omnem bonum vel malum: tum propter multas dispositiones precedentes tũ ppter aliquod vehemens motiuum hominis ad malum: ꝛ prauum affectum ad bonum. Sed i vi ris perfectis non põt accidẽ ꝙ statum a principio ca

dant in peccatum in ſpiritum ſanctum. Unde Origen. dicit. Non arbitror q̄ aliquis ex his qui in ſummo ⁊ perfecto gradu cōſtiterit. ſ. virtutum a ſublimi euacuetur aut decidat: ſed paulatim ⁊ p partes eum decidere neceſſe eſt. Similiter ſi accipiatur blaſſemia in ſpiritum ſanctum pro q̄cūq; blaſſemia dei ſecundum p̄mum modum aut ꝑ finali impenitentia: vtrunq; etiam cōmuniter pre ſupponit alia peccata. Cauendum eſt ergo a peccatis quibuſlibet: quia a paruis ꝓuenitur ad magna: iuxta illud p̄s. lxxij. Sagitte paruulorum ſcilicet peccatorum facte ſunt plage eorum ideſt magna peccata ſcilicet diſpoſitiue. Et cito exeundū eſt de peccato per penitentiam ne per hoc quis ꝺ ſcendat in profundum maris ideſt peccatuꝫ i ſpiritum ſanctum.

Quantum ad ter. §. III.

tium ſcilicet q̄ habeat hoc peccatum in ſpiritum ſanctū: q̄uis grauiſſimum remiſſionem ⁊ veniaꝫ patet: quia dicit dominus de hoc. Conuertam in pfūdū maris ideſt homines ꝺſperatiſſimos ⁊ obſtinatiſſimos. Neq; enim ex peccatis converteret ad deum niſi deus converteret eum ad ſe ſcilicet illuſtrando gratia ſua: ꝓpterea inquit prophetа. Conuerte nos domine ad te: ⁊ conuertemur. Cuꝫ quis ꝓuertitur ad deum ſcilicet per contritionem nulli dubium q̄ q̄tuncunq; peccauerit ⁊ quōdocunq; deus ignoſcit. Omne enim peccatum deus bonus ignoſcit reuerenti ad ſe: vt dicitur prima. q. vij. Et nullum excipit nec etiam peccatum in ſpiritū ſanctū. Hinc ⁊ p̄s. io⁊. loquēs de deo: qui ſanat omnes langores tuos ſeu infirmitates: vbi glo. Omnipotenti medico nullus langor incurabilis occurrit. Cum enim liberum arbitrium ſe habeat ad bonum ⁊ ad malum q̄diu durat ſtatꝰ vie: ſicut a quacunq; virtute poteſt quis excidere cum etiam ⁊ angelus de celo ceciderit: ꝓpter qō dicitur Job. iiij. Ecce qui ſeruiūt ei non ſunt ſtabiles. Et in angelis ſuis reperit prauitatem: q̄to magis qui habitant domos luteas ideſt homines Pari ergo rōne pōt q̄s a quocunq; peccato reſurgere ad ſtatum iuſticie dei gratia operante. Sed contra hanc veram concluſionez videtur eſſe qō dicitur. Math. xij. Qui dixerit verbum ꝓtra ſpiritum ſanctum non dimittetur ei: neq; in hoc ſeculo neq; in futuro: hoc autem eſt blaſſemia i ſpiritum ſanctuꝫ. Ex quo dicto videtur irremiſſibile. Sed reſpondet ad hoc. b. Tho. ſecūda ſecūde q. xiiij. arti. iij. q̄ ſi dicatur peccatū in ſpiritū ſanctum finalis impenitentia ꝑ accipitur vno modo ſecūdum Augu. i. pro continuatione i aliquo peccato vſq; in finem vite incluſiue ad litteraꝫ intelligendum eſt ⁊ abſolute illud eē irremiſſibile. Ex quo enim hic non penitet: de illo veniam cō ſequi non poteſt in alio ſeculo vbi non eſt locꝰ penitendi: vnde ei non remittitur vnq̄ q⁊ nunq̄ cōuertitur. Et de hoc ſecūdū Aug. intelligiē illud p̄mo Jean. v. Eſt peccatum ad mortē ⁊ pro illo n̄ dico vt roget quis Illud peccatum eſt finalis impenitentia pro qua non oꝫ q̄ aliquis q̄tuncunq; ſanctus oret: quia non exaudiretur. Sed quomocunq; aliter accipiatur blaſſemia in ſpiritum ſanctum: ſemper eſt remiſſibile peccatū ⁊ remittitur ſicut alia peccata ſi quis agat penitentiam de eo. Dicitur tn̄ irremiſſibile iſtud peccatum magꝭ q̄ alia diuerſis de cauſis ſeu modis dicendi. Uno modo q⁊ difficilius remittitur q̄ alia: ⁊ hoc n̄ eſt ex difficultate que ſit ex parte dei: qm̄ omnes infirmitates anime ⁊ corporis eque potens eſt ſanare ſed ex parte peccantis: quia vt dicit Aug. in libro de ſermone domini in mōte. Tanta eſt labes hi⁹ peccati q̄ humilitatem dēpcandi ſubire non pōt ꝓpter difficultatē ergo reuerſus dicitur irremiſſibile vel ēt dicitur irremiſſibile ſm Tho. vbi ſupra nō quia nullo mō remittatur: ſed quia q̄tuꝫ eſt de ſe habet meritum vt nō remittatur ⁊ hoc dupliciter. Uno modo q̄tuꝫ ad penam. Qui. n. ex ignorantia vel infirmitate ideſt paſſione peccat: habet aliquam excuſationem: vnde ⁊ minoꝛez penam meretur. Qui autez ex malicia ꝑ put eſt peccatū in ſpiritum: ſcīn̄ non hꝫ aliquam excuſationem vnde eius pena minuatur. Alio modo pōt i telligi q̄tum ad culpam irremiſſibilem ſm nām ſicut aliquis morbus dicitur incurabilis ſm nām morbi: per quam tollitur id per qō morbus pōt curari: puta cuꝫ morbus tollit virtutem nāe vl̄ inducit faſtidium cibi vel medicine: licet etiam ꝺus talem morbuꝫ poſſit curare. Ita pcīn̄ in ſpiritū ſanctum dicitur irremiſſibile ſcōm ſuā naturam in q̄tum excludit ea per que fit remiſſio peccatorum: per hoc tamen non p̄cluditur via remittendi ⁊ ſanandi potentie ⁊ miſericordie dei: p quam aliq̄n tales quaſi miraculoſe ſanātur vel ſecūduꝫ alios dicitur irremiſſibile: q⁊ non legitur remiſſū Sicut Melchiſedech dicitur ſine patre quia nō legitur quis fuerit eius pater in ſcripturis quāuis habuerit patrē. Et q⁊ remittatur pꝫ p hoc qō dī b conuertam ait dñs in ꝑfundum maris. ſ. exīte ideſt obſtinatiſſimos: vnde ⁊ dñs p Amos ꝓphetam. Super tribus ſceleribus iſrael ⁊ ſuper quatuor non conuertam eū. i. ſuper tribus conuertā ſꝫ n̄ ſup q̄rtum quod exponēs Hiero. ait p̄mum ē cogitaſſe q̄ mala ſūt: ſcōm cogitationibus acq̄uiſſe puerſis. Tertiam qō mēte decreueris: opere cōplere. Super his ergo ꝓuertit quecūq; ſint illa peccata: ſed quartū in quo n̄ ꝓuertit ē ipnia. Unde ſubdit Hiero. Quartum eſt nō agere pniam: ſed ſuo ſibi cōplacere delicto: de peni. di. iij. c. Super tribus: ⁊ hoc ē irremiſſibile ſimpliciter dum nunquaꝫ penitꝫ.

Laplm nonū de Duritia seu obstinatione.

Duritia in pec

cato que aliqñ pertinet ad obsti

nationem ē multū piculosa. Naz vt dicit Ecc. iij. Cor durum male habebit in nouissimo. Dicitur māliter res dura que nō cedit tactui sic lapis: sic cor durū ē qđ nō cedit digito dei tāgenti ipm sp̄ūi vz sancto: diuie. s. inspiratōi. Sz vt ait psalmista ps. lxxxxiij. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare cor da vestra: loq̄tur nobis deus p̄ inspirationes: sm illō ps. lxxxiij. Audiā qđ loq̄tur i me dñe deus Loq̄tur p̄ scripturas Job. xxxij. Semel loquit ō us. s. in scripturis z scōario id ipm non repetit qz nō oz: cū oia ibi plene habeātur. Locutus est nobis per filiū: sm illud Heb. i. Multifarie ⁊c. Nouissime diebus istis locutus ē nobis in filio nō solum p̄ verba sed ēt p̄ opa facta q̄ debeam' imitari. Loq̄tur per tribulationes Job. iij. Quādo solet sopor occupare homines. s. peccati: z dōmūit in lectulo. s. delectationis mundi: tūc aperit aures virorz: z erudiens instruit eos disciplina. Hodie g̃ si vocē eius audieritis. i. in vita p̄nti: nolite obdurare corda vīa: sicut ebrei in deserto q̄bus iurauit deus. i. firmit̄ ꝓposuit: si introibit. i. nō ītrabunt in reqūem meā. Uñ Stephan' ꝓtomartyr Act. vij. ad iudeos. Dura inquit ceruice z incircuncisi corde z auribus: vos sp̄ spiritui sancto restitistis. Notandum autem q̄ sūt multa indulgentia hāc duritiam z ideo cauenda. Et primum est solicitudo secularis. Sicut. n. carnes fiunt dure cū liquor exprimitur et humor eliquatur sic p̄ solicitudinē seculi paulati humor gr̃ie z deuotōnis subtrahit: z inde dur' eliquat z quasi insensibilis ad diuina. Uñ Ber. ad Eugenium Prudētius te abstrahas a curis huius seculi q̄ traharis ab illis ne paulati ducaris ad cor durum. Scōm est flagellatio frequens sine emēdatōne: sicut ictus ferrea ex frequēti malleatōne magis iduratur. Job. xli. Cor eius īdurabitur q̄si lapis z strigetur: q̄si malleatorum ictus. Sicut etiaz via q̄to magis atteritur pedib' ambulātiuz tanto magis iduratur: sic aliqui q̄to magis p̄cutiūtur z atterūtur tribulationib' tāto magis fiūt duriores. Jere. v. Percussi eos z ñ doluerūt. s. p̄tritione: attriui eos z renuerūt accipē disciplinam. s. non se emēdando. Tertiuz ē ex aduersitate ad p̄speritatem migratio: sicut metallū liquefactum p̄ ignē liquefit: sed amoto igne magis iduratur: sic aliq̄ dum sunt i igne pauptatis z tribulationis liq̄fiunt p̄ deuotiōem z cōpūctionem sed si peruenīt ad p̄speritatem z diuitias: duri efficiūtur z crudeles. Sic Pharao inter flagella quasi liquefactus z cōpūctus se disponebat ad bonum recōmendans se Moisi: sed habita quiete z remotis flagellis induruit. Exodi. viij. ix. z x. capi. Exēplum i vitis patrū de quodā fornicario qui erat valde deuotus z liberalis ad pauperes: p' oīo nem cuiusdam sancti repto thesauro effectus est durus z crudelis ad paupes. Sed deo dispensāte oīa fuerūt sibi ablata z paup effectus: reuersusq̄ ē ad deuotōnem p̄stinam. Quartum quod indurat ē ire succēsio. Sicut enim calor aeris cōsumit humiditatem īteriorē: ita ira que est accensio sanguinis circa cor humorem gr̃ie p̄suminit interiorē Gen. xlix. Simeō z Leui vasa iniq̄tatis bellantia maledictus furor eorz: q̄ ptinax z indignatio eorum quia dura. Simeon īterp̄tatur audiens merorem z significat hoīes iracūdos quia semp̄ habent aurem erectā si q̄d male de eis dicatur vt se defendant z i eos insurgant: z iō vas bellicosum dī. Leui interp̄tatur additus: z significat eos' q̄ sē per furori addunt: q̄i p̄ vno maledicto reddunt duo vel tria: de q̄bus puer. xv. Sermo durus suscitat furorem. Sicut Nabal carmelus dicit dur' p̄mo Re. xxv. Quintū ē mala assuefactio seu p̄ua uorz imitatio. Consuetudo. n. ē quasi altera nā: z facit habitum mētis: habitus āt ē qualitas de difficili mobilis a suo subiecto. Uñ peccatum cōsuetudinariū difficile tollitur z tanto grauior q̄to p̄ lixiō ē p̄suetudo mali: vt dī extra. ō p̄se. c. fi. Unde z Laxarus qui sepultus erat: z super eum lapis significans duritiam: cū difficultate fuit resuscitatus. i. concurrentibus multis. Clamore xp̄i: fletu: oratione: z hi'. Jere. vij. Indurauerūt ceruices suam: z peius fecerūt q̄ patres eorū. Sextum est negligentia. Negligentia enim p̄latorz circa subditos facit eos obdurare circa eos: quasi nō pertineant ad eos: sicut dicitur de structōne q̄ induratur ad pullos suos seu oua sua vnde nascūtur: quasi sua nō sint vt dicit Job. xxxix. c. Septimum ē ipudētia: q̄n q̄s nō erubescit peccare: tūc. n. magis induratur: z frustra corrigitur z admonetur. Eccl. iij. Domus isral attrita fronte ē: z indomabili cor de. Et nō circa septimū. s. impudentiam: q̄ sicut timor z intimiditas sūt aliqn̄ vitia: sic z verecundia cū sit timor de turpi z iuerecūdia sunt aliquā do peccata cum. s. exeunt terminos rōis. Pro cuius declaritione dicit Durandus ordinis minorz i summa q̄ iuerecūdia ē p̄tiñ q̄n hō nō erubescit peccare vel aliq̄d honestū facē vel dicere coram deo z sanctis hoībus: qō ptinere vī ad obstinatōnem. Ad quod facit illud Jere. iij. Frons meretricis facta est tibi erubescere noluisti: z eiusdē. viij. ca. Confusione non sunt confusi: erubescē nescierunt. Et Greg. ix. moral. Sūt nonnulli quos ad perpetrādam neq̄tiam aborta malicia subito iuuat sed tñ humana verecūdia reuocet. Et plerūq̄ per hoc q̄ exterius erubescūt ad interiora sua redeunt: z ꝓtra se internū iudicium sumunt: quia si ꝓpter hoīem mala facere metuunt q̄to magis

p̄ obstinationē q̄ dura mentem suā induruerat.

¶ Erubescentia ē vitiosa q̄dru.

Capitulus Primum.

ppter deum q̄ cūcta cōspicit nec mala appetere ꝺ buerunt. Et sūt quidam qui postꝫ deū mente cō tempserint: multo magis humana iudicia sper nunt atqꝫ oē quod appetūt audacter facere ñ eru bescūt: Et quos ad perpetrandū malum occulta iniquitas inuitat nulla aperta verecundia retar dat: sicut de iudice iniquitatis dicitur q̄ deum ñ timebat ⁊ homines ñ verebatur. Luc. xviij. Eru bescentia econtrario ē vitiosa quadruplicit. Uno modo qñ verecundatur quis de aliquo defectu nature vel fortune: vt quia est turpis aspectus: pā uus: vel strabo: vel paup: vel illegitimus ⁊ huius modi: ⁊ hoc ē vitium si sit nimia erubescentia: vt de hoc nimis contristetur: vel retrahat se a bonis Ad quod facit quod ait Hiero. Noli despicere bonitatem figuli. s. dei qui te fecit ⁊ voluit distin. lvi. Nasci. Et Criso. di. e. Nunq̄ erubescamus de vitijs parentum: sed amplectamur vtutem. Secū do quādo quis erubescit veritatem dicere vbi et quando est opus: ⁊ hoc ne displiceat: vel amittat fauorem vel quia materia turpis: ⁊ posset eē mō tale. Tertio quando pre verecūdia in confessiōe reticet peccata p̄cipue mortalia: quod eēt morta le: de peni. di. v. c. i. Quarto qñ timet ide irrideri ⁊ ideo subtrahit se a bonis ne videatur ⁊ irridea tur ⁊ de tali irrisione nimis erubescit ⁊ huiusmo di. Hec Durandus ordinis minoꝝ.

Titulus nonus de Accidia. Capitulum pri mum de accidia ⁊ filiabus eius.

Ccidia ultimo

ponitur quam inter vitia capita lia. Grego. xxxi. moralium ponit Sic autem diffinitur a Damasce no. Accidia est tristicia aggrauans. i. que ita deꝑ mit animū hois: vt nil boni ei agere libeat. Ab a lijs diffinitur: q̄ ē torpor mentis bona negligenti inchoare. Pro cuius declaratione dicit. b. Tho. scōa secūde. q. xxxv. ar. i. q̄ tristicia ꝺ se nō noīat aliquid laudabile vel vituperabile quia passio ē ⁊ passiones cuꝝ naturales sint secūdum se ñ sunt peccata. Unde in secūdo ethicorum dicitur q̄ pas sionibus nec laudamur nec vituperamur. Sꝫ ām q̄ homo applicat passiones suas ad malum: l̄ ad bonum potest bene vel male facere: sicut est tristi cia de vero malo: vt de peccatis si sit moderata ē bona pertinens ad pniam. Ita ⁊ tristicia si sit de vero bono vt de bonis fiendis operibus vel de malo: sed immoderata est peccatuꝝ pertinens ad accidiam. Est igitur tristicia accidie semper mala et hoc dupliciter. Uno modo secundum se ipsam quando. s. est de eo quod est apparens ma lum ⁊ vere bonum: quia spirituale bonum est ve re bonum: licet appareat malum sensitiue ꝓpter laborem qui est in eo. Ideo quando quis tristat de aliquo bono opere ad quod tenetur est sp pec catum: sicut econtra delectatio est mala ⁊ pecca tum quando est de vere malo sed apparenti bo no: vt delectatio fornicationis ⁊ huiusmodi. Se cūdo modo tristitia accidie est mala ⁊ peccatum secūdum effectum suum quando scilicet est de ve re malo vt de peccato vel morte alicuius si sic ag grauat mentem vt euꝝ totaliter a bono retrahat Unde ⁊ apostolus secūdo ad Corin. scō nō vult vt penitens maiori tristicia absorbeātur. Quō āt istud sit vitium speciale ⁊ distinguatur a ceteris. b. Tho sic declarat secūda secunde. q. xxxv. arti culo. ij. Accidia est tristitia de bono spirituali. Sed si accipiatur bonuꝝ spirituale communiter non habebit accidia spiritualem rationem vitij. Et ratio est quia quodlibet vitium facit hominē contristari de bono spirituali sibi opposito. Naꝝ luxuriosus tristatur de bono continentie: ⁊ gulo sus de bono abstinentie ⁊ sic de alijs. Quodlibet enim vitium refugit bonum spirituale virtutis si bi oppositum. Similiter etiam dici non potest acci diam esse vitium speciale ex eo q̄ refugit spiritu ale bonum: prout est laboriosum vel molestum corpori aut impedimentum delectationis eius: q̄ non seperaī accidiam a vitijs carnalibus quibus aliquis querit delectationem et quietem corporis. Dicendum est igitur q̄ in spiritualibus bōis est quidaꝝ ordo. Nam omnia spiritualia bona que sunt in actibus singulaꝝ virtutum ordinā tur ad vnum spirituale bonum quod est bonum diuinum circa quod est specialis virtutis que est charitas. Unde ad quanlibet virtutem pertinet gaudere ō proprio spirituali ò bono quod consi stit in proprio actu. Sed ad charitatem pertinet illud spirituale gaudium quo quis gaudet de bo no diuino. Et similiter illa tristicia qua quis tri statur de bono quod est in actibus singularum virtutum non pertinet ad aliquod vitium spiri tuale: sꝫ tristari de bono diuino de quo charitas gaudet pertinet ad vitium speciale quod est acci dia: vt tristari de ieiunijs: de elemosinis: de ora tionibus fiendis confessionibus: ⁊ alijs: in q̄tum sunt ordinata propter deum vel reconciliandum deum: ⁊ huius. Est autem accidia ex genere suo seu materia mortale quando scilicet secundum ꝺ liberationē rōnis ē secundum Tho. vbi supra ar ticulo tertio et ratio est: quia secundum propriā rationem contrariatur charitati. Naꝝ proprius effectus charitatis ē gaudē de eo ⁊ bono diuino. Accidia autē tristatur de bono spūali in q̄tum ē bonum diuinum. Quod āt ē ꝺ charitatem ē mō tale qꝛ per charitatem hēmus spūalem vitam in q̄tum p eam deus ihabitat in nobis. Uerū qꝛ in oībus peccatis ēt que sunt mortalia ex genere suo mortalia nō sūt nisi quādo suā perfectōnē ꝓsecūt

¶ Accidia ē triplex nō primo. q̄ ꝓpter ea ꝺ sua diffi nitione.

¶ Tristicia accidie semp ē malu ꝺ se.

que ꝓſūmatio ſeu pfectio ē i ꝓſenſu rōnis. Jdeo ſi ſit inchoatio accidie in ſola ſenſualitate ⁊ non p tingat ad ꝓſenſū rōis erit veniale: ſicut accidit in motib⁹ alioꝝ vitioꝝ luxurie ⁊ hi⁹. Sed ſi pueniatur ad ꝓſenſum rōis q̄ ꝓſentit in fugā ⁊ horroꝛez: ⁊ deteſtatōem boni diuini carne ꝫ ſpm̄ pualēre erit mortale. Et ē ꝫ pceptū de ſanctificatione ſabbati p qō pcipit q̄es mētis in deū: cui ꝫriat triſticia de bono ſpirituali diuino. Uñ ò accidioſi ſ po teſt expōi illud ps. Oēm eſcam. ſ. opis ſpualis abhominata ē aīa eoꝝ: ⁊ appꝛopinquauerunt vſq; ad portas mortis. ſ. eterne. Et loq̄tur ꝓpheta de iſrahelit̄ q̄ eūtes p deſertum ex mandato dei vt p uenirent ide ad terrā ꝓmiſſionis habuerūt multotiens tediū ⁊ triſticiam de laboꝛe: ⁊ in nauſeaꝝ aliqñ etiam māna ꝓpt̄ qō multotiēs fuerūt puniti: ⁊ demū a terra ꝓmiſſionis excluſi: vt ꝑz Nūeri. xiiij. Et ſignificat accidioſos quos teder per deſertū pnie vl̄ religionis incedere p̄ laboꝛe: ⁊ i nauſeam hñt oia ſpualia: ꝓpter qō puātur vita etna Et nō q; h. ſ. habē in faſtidio bona ſpualia ptinz ad filiam ꝑmam accidie q̄ oī malicia vt infra dicetur. Qō āt accidia ſit vitiū capitale ꝓut ponit Greg. Tho. ſic declarat vbi ſupꝛa ar. iiij. Uitium capitale dī illud ex q̄ ꝓmptum ē vt alia oriantur ſm̄ rōem cāe finalis. Sic āt hoies multa opātur ꝓpter delectatōem: tū vt ipam ꝓſequātur: tuz ex eius ipetu ad aliqò agendum pmoti: ita ēt ꝓpter triſticiam multa opanē vl̄ vt ipam euitēt vl̄ ex ea⁹ pōdere i aliqua ꝓruētes agenda. Cum ǧ accidia ſit q̄dā triſtitia patet q; ſit capitale: vt ex ea plura oriantur. Oriūtur āt ex ea ſm̄ Greg. vi. filie. ſ.

Malitia.
Rancoꝛ.
Puſillanimitas.
Deſperatio.
Torpoꝛ circa pꝛeccepta.
Euagatio mētis circa illicita.

Et q; pueniēt hec aſſignētur ſic declarat. b. Tho. vbi ſupꝛa vt dicit phs i. viij. ethicoꝝ. Nullus diu abſq; delectatiōe manē cū triſtitia pōt: ⁊ ideo neceſſe ē q; ex triſticia aliq̄d duplicit̄ oriat. Uno mō vt aliqs recedat a ꝓtriſtātib⁹. Alia modo vt ad alia tranſeat i q̄b⁹ delectet: ſicut illi q̄ non poſſunt gaudere i ſpualib⁹ delectationib⁹ trāſferunt ſe ad coꝛporalia. Jn fuga āt triſtitie talis ꝓceſſus attenditur q; hō ꝑmo fugit ꝓtriſtātia: ſecō ipugnat ea q̄ triſtitiam igerūt. Spualia āt bona de q̄b⁹ cōtriſtatur accidia ſūt ⁊ finis ⁊ id qō ē ad finē: fuga āt finis fit p deſpationē: fuga āt coꝝ que ſūt ad finē q̄tum ad ardua q̄ ſubſūt ꝓſilꝫ fit p puſillanimitatē quātū ad ea q̄ ptinēt ad comunē iuſticiaz fit p torporē circa pꝛeccepta. Impugnatio aūt ꝓtriſtātū bonoꝝ ſpualiū qñq; ē ꝓtra hoies q̄ ad bona ſpualia inducunt: et hoc eſt rancoꝛ. Qñq; ꝫ ipſa ſpualia bona i q̄ū deteſtatōnē aliquis adducitur ⁊ hoc ꝑpe eſt malicia. Jn q̄tū aūt ꝓpter triſticiā quis ſe trāſfert a ſpualibus ad exteꝛioꝛa delectabilia opa ponitur filia euagatio mētis circa illicita Malitia ergo ꝓut ponitur filia accidie nō accipitur ꝓut eſt genus vitioꝝ. ſ. ꝑ habitu vitioſo ſed ꝑ ut iportat faſtidiū bonoꝝ ſpualiū. ⁊ rancoꝛ nō accipitur h̄ ꝑ odio ſed ꝑ indignatōe ꝫ iducētem ad bona. Et q̄uis Jſidoꝛus i li. de ſummo bono. Et Caſſian⁹ i li. de inſtitutis cenobioꝝ diſtinguant triſtitiam ab accidia dicētes triſticiā eē i q̄tum quis recedit a grauioꝛi ope ⁊ laboꝛioſo ad qō tenetur Accidiā vero i q̄tum ꝓuertit ſe ad quietē i ōbitā tñ ſm̄ Tho. vbi ſupꝛa ꝓueniētius ponit ponēs accidiā eē triſticiā nō diuerſū vitiū ab ea. Naꝫ triſticia nō ē vitiū ab alīs diſtinctum ſm̄ q; aliqs recedit a grauī ⁊ laboꝛioſo ope: vl̄ ꝫ q̄ſcūq; alias cās qs ꝓtriſtetur: ꝫ ſolū ſm̄ q; triſtat̄ de bono diuino qō ptinet ad rōem accidie q̄ i tñ ꝓuertit ſe ad q̄dem indebitā: i q̄tū aſpnatur bonum diuinū. Et de triſticia dicit Jſidoꝛus oꝛiri rancoꝛē: puſillanimitatē: amaritudinē deſpationē. De accidia dicit oꝛiri. vij. ſ. ocioſitatē: ſomnolētiā: ipoꝛtunitatem mētis: iq̄etudinē coꝛpis: inſtabilitatem: vboſitatem ⁊ curioſitatē. Oia iſta ꝫ Tho. reducūt ad ea ſex que ponit Gre. vt dictū ē ſupꝛa. Naꝫ amaritudo quam dicit Jſidoꝛus oꝛiri ex triſticia ē q̄dā effectus rancoꝛis: vñ ad ipm̄ reducit: ocioſitas ⁊ ſōnolentia reducūt ad toꝛporē: circa que eſt aliqs ocioſus cū ea oīo ꝓtermittit: ⁊ ſomnolēter cū ea negligenī implet. Omnia alia q̄ ponit ex accidia oꝛiri ptinent ad euagationem mētis circa illicita: que quidē ſm̄ q; in ipa mētis reſidentia volentis: ipoꝛtune ſe ad diuerſe diffūdere: vocatur ipoꝛtunitas mētis ſm̄ q; ptinet ad cognitiuā dicit̄ curioſitas: q̄tum ad locutionem dicitur vboſitas q̄tum ad coꝛpus in eodem loco non manens dicitur iquietudo coꝛporis: quando. ſ. per inoꝛdinatos motus membꝛoꝝ vanitatē indicat mentis q̄tum ad diuerſa loca dicitur inſtabilitas. Uel dicitur inſtabilitas ſecūdum mutationem pꝛopoſiti. Non ſolum ergo per accidiam ſed ēt p filias iſtas eius vificat illud. Omnem eſcam abhoꝛita ē anima eoꝝ ꝛc. Impugnatur autem quis de accidia: aliquādo ex cibi ſeu nutrimenti defectione. Aliquando ex apparenti humiliatiōe. Aliquando ex coꝛporis cōplexione. Aliquando ex diaboli inſtigatione. De ꝑmo dicit Caſſianus in. x. libꝛo de inſtitutis cenobioꝝ. Maxime accidia circa hoꝛam ſextam monachum inquietat vt quedam febꝛis ingruēs tempoꝛe pꝛeſtituto ardentiſſimos eſtus accenſionum ſuarum ſolitis ac ſtatutis hoꝛis anime inferens egꝛotanti. Unde ſciendum eſt ſecūdū Tho. ſecunda ſecunde. q. xxxv. arti. i. ad ꝑmum q; paſſiones appetitus ſenſitiui vt triſticia ēt alie: ⁊ in ſe pñt eſſe peccata venialia ⁊ inclinant aīam ad mōtale. Et q; appetitus ſenſitiuus habet oꝛganū coꝛ

porale sequitur q̄ per aliquā transmutatōnē cor poralē homo fit abilior ad aliquod peccatum ꝛ ideo potest ꝓtingere q̄ ꝑm aliquas trāsmutatiōes corporales certis tēporib' ꝓueniētes aliqua vitia nos magis impugnēt. Dis aūt corporal' defectus de se ad tristitiā disponit. Et ideo ieiunantes circa meridiem q̄n iā incipiunt sentire defect' cibi ꝛ vrgeri ab estibus solis magis ab accidia impugnantur. Unde Cassianus dicit accidiam eē demoniū meridianum. De quo loq̄tur ps. lxxxx. Nō time bis ab incursu ꝛ demonio meridiano: q̄. s. in meridie ieiunātes temptat. De scō dicit Cassianus vbi supra: q̄ accidia ꝓuenit ex hoc q̄ aliquis ige miscit se spiritualem fructum non habere ꝛ absētia longeq̄ posita magnificat monasteria: quod videtur ptinere ad humilitatē. Sed vt dicē Tho. vbi supra. Ad humilitatē verā pertinet q̄ considerans proprios defectus non se extollat: non autem pertinet ad humilitatem: sed ad ingratitudinem q̄ quis bona que in se cognoscit a deo ꝓtēnat tanq̄ vilia respectu alioꝝ maiorꝝ bonorūq̄ alij habēt ex quo contemptu seqūtur accidia. De his. n. tristamur que quasi mala vel vilia reputamus. Sic ergo debz considerare alioꝝ bona ꝛ extollere vt ea que ipe habz ꝛsi minora sint non vilipendat quia sic seqūretur in eo tristicia accidie. Unde Eccle. xxx. c. Tristiciam longe expelle a te s. nimiam vt accidiam: nō enim est vtilitas in ea. De tertio melācolici ex cōplexione niclinant ad tristiciam ex humore qui supabundat in eis melancolie: ꝛ ptim flegmatici. Unde aliquando studiose oportet eos querere aliqua subleuatiua tristicie ne nimietate absorbeātur ꝛ inducantur ad desperationem vel transferantur ad delectabilia mūdi. Unde dicitur ꝓuer. cxvij. Spūs tristis. i. accidie exsiccat ossa. s. virtutum ꝛ potētiaruz aie auferens eis vigorem bñ operandi. Unde Cassianus assimilat accidiam vermi qui dicitur carolī' qui. s. generatur ex ligno intimo ꝛ rodit paulatiz medullā ꝛ vigorem ligni quo corroso ꝛ euacuato oīe pōdus vel ventus vel pcussio imo ex se frangitur lignū ꝛ ruit edificium desup. Sic accidia nascatur ex intimis aie: ꝛ paulatiz consumit vigorem spiritus ꝛ feruorem quo subtracto ēt absq̄ vento temptationis per se ruit i aliquod magnū malum. Aliquando ex diaboli instigatione accidit vt sic per tristiciam superueniētē ex eius opere: quia potestatem habet super totam sensitiuaz nostram deo permittente: homo dimittat bona opera que facere debet vel intendit vel grauē alij se reddat. Unde Joannes Cassianus in tractatu de tristicia ait. Interdum etiam nullis alijs existētibus causis tristicie ūmici subtilis istinctu tanto meroꝝ ōpmimur vt nec charoꝝ qō ac necessario rum nostroꝝ aduētum solita suscipere affabilitate possim' ꝛ q̄cq̄d ab eis cōpetēti fuerit confabla tione ꝓlatum ꝑ importunum nobis ꝛ supfluū iudicetur: nullaq̄ eis a nobis reddatur grata responsio vniuersos cordis nostri recessus felle amaritudis occupante. Sed notādū vt dicit Tho. vbi supra Impugnatō vitij q̄ñq̄ est vincenda fugiēdo: quā doq̄ resistendo. Fugiendo quidem vincenda est temptatio q̄n continuatio cogitatōnis auget incētiuum pcti: vt luxuria. Unde apls. i. Corin. vi. ait Fugite fornicationem. Resistēdo āt ē impugnatō vincenda: q̄n. s. cogitatio pseuerans tollit incentiuum peccati quod ꝓtigit ex aliqua leui aphensione: quod contingit in accidia ex qua videt hōi laboriosum scōm instinctū sensualē facere opera spiritualia. Sed insistēdū est eis nō dimittēdum quia q̄to magis cogitamus de spūalibus bōis tāto magis nobis placentia redduntur. Dicitur. n. Ecc. vi. Subyce humerū tuum ꝛ porta illam. s. sapientiam ꝛ nō acciderīs in vinculis eius Alias si permittit se ab accidia vinci sequitur illud ps Omnem escam abhominata est anima eorum.

Capitulum scōm de accidie tedio ꝛ remedijs eius.

Et accidia loquēs ps. ait Dormitauit anima mea pre tedio: confirma me in verbis tuis: ps. cxviij. vbi dicit glo. q̄ dormire ē hominis obliuiosi ꝛ secordis. Sed dormitare ē fessi expectatoris. Ubi nota vitium accidie. Ex h enim q̄ homo laborare habet ꝛ diu quia duz viuit ꝛ premium seu fructum subito non percipit sensibilem inde aliquando attediatur ꝛ dormitat ex accidia. Sed sicut ex dormitione corporali homo incurrit damna ꝛ egestatem dum in percepti biliter ei auferuntur sua vel non lucratur ab inimicis occiditur ꝛ scandala multiplicantur. Sic ex dormitione accidie demones auferunt virtutes ꝛ anima penuriam meritorum patitur: mors peccati ad aiam igredit vñ prov. vi. Usquequo piger dormis quando consurges a somno tuo? paululū dormies: paululum dormitabis ꝛ veniet tibi egestas quasi vir armatus. Et loquitur Salon de pigricia accidie ex qua quis dormit nil boni agens. Et Mathe. xiij. dicitur q̄ dum dormirent homines scilicet per pigritiam ꝛ negligentiam prelati vel alij quicunq̄ venit inimicus nocte ꝛ superseminauit zizaniam in medio tritici: quia diabolus vt hereticꝰ vl malus xp̄ian' i agro ecclie aut mentis humane inducit vitia ꝛ errores etiam in bōis si dormitioni negligentie ꝛ accidie se tradunt. Sisaran quoque ꝛ holofernes fortissimi dormiētes occisi sunt a muliere scilicet partis sensitiue: que cum sit hostis spiritus perpendens spiritum dormitasse per accidiam vigorem sumit contra

ipsuz. Ab hac igitur accidia petit liberari ps. dñ ait. Dormitauit aia mea et cetera vbi tria facit.
Primo vicium accidie exprimit cũ dicit, p tedio.
Secũdo effectũ hui' malitie inuit cum dicit Dormitauit aia mea et cetera.
Tertio remediũ huius nequitie petit. cum subdit Confirma me et cetera

Quantuz ad primũ. §. I.

secundũ Tho. secũda secũde. q. xxxv. arti. i. in corpore. q. accidia iportat tedium bene operandi Dicitur autem accidia quasi acida. Acida autẽ seu acetosa sunt frigida. frigus vero inducit difficultatem et tarditatem in motu Uidemus enim q aq cũ ppter frigus est congelata imobilis manet que ex se flueret. Et seues quia frigidi sunt: et grauces sunt et tardi ad ambulãdum. sicut ecõtra adolescẽtes in quibus viget calor naturalis sunt festini ad ambulandum et discurrendum. Accidia ergo est quedã frigiditas spiritualis seu defectus amoris spiritualis et feruoris diuini ex quo anima nõ mouetur vel cum difficultate mouetur ad bene operandum. sicut econtra dicit. Hre. q amor dei operatur magna si est. i. mouet ad operandum: si operari renuit amor nõ est. Sic autem aque nisi moueantur putrescunt ſm illud poeticum. Et capiunt vitium ni moueantur aque. Uinum etiam ex se feces generat et nisi a fecibus illis mundetur seu mutetur corrumpitur et acescit. Unde dicit de Moab. Jere xlviij. Requieuit i fecibus suis nõ est transfusus de vase in vas. i. in transmigratiõe non abijt. Jdeo que permansit gustus eius in eo et odor eius non est immutatus. Sapor corrupt' et odor prauus vtique nõ recedit a vino si supra feces manserit. Immo interdum totaliter corrũpitur. Sic accidit accidioso qui acidus et acetos' efficitur. frigidus in amore dei quia a deo corrũpitur in gustu seu. in affectu vt vera bona que sibi debent placere sibi despliceant et ideo contristat et attediatur ad faciendũ ea. Sed si nõ vult totaliter corrũpi debet moueri et mutari a sua õsidia et tedio alias dormitat inutilis fact': quia dormitauit ait. ps. Anima mea pre tedio idest pre accidia secundum. Cassianum. Sciendum autem q triplex est tedium
Primũ est tedũ prelẽtis vite.
Secũdũ ẽ tediũ tribulatõis t ãgustie.
Tertiũ est tediũ actiõis vtuose.
De tedio vite inquit. Job. x. Tedet animam meã vite mee. Hoc autẽ tedium est quedam tristicia quam habet animus ex viuere in isto mundo. Et quando ista tristitia pcedit ex desiderio celestis patrie t dei amore considerando q dulce sit q suaue q vtile videre deum eo frui: sanctoz̃ angelorz̃ agmibus interesse ad quod obtinẽdum factus est: t q̃ta obscuritas mẽtis hic sit ex ignorantia de deo: quãta picula: q̃ta ipuritas: q̃ta instabilitas cordis: bona ẽ talis tristicia: t tedium hoc se habere oñdebat ps. cxix. cuz dicebat. Heu mihi quia incolatus meus prolongatus est &c: t iterũ Fuerũt mihi lachrime mee pães die ac nocte &c. Sed habere tedium de vita presenti quia non hẽt illam psperitatem quã vellet: illos honores: diuitias: t voluptates quas cupit. Sed cõtraria cum videt t audit alios prosperari: honorari: ditari: t ex hoc ita contristatur q vellet non viuere vilipendens conditionem suam: t cum ita deijcitur mente vt ratione deliberata non esse in mundo appeteret vel non fuisse natum: vel vt animal brutum affectans mori quacunq; morte etiam in malo statu anime: esset istud tedium accidia mortalis: nunq̃ dei seruus habet tale tedium accidie Dicitur enim Sapi. viij. Non habet amaritudinem conuersatio illius scilicet sapientie: neq; tedium conuictus illius sed gaudium: t loquitur de vera sapientia cum qua conuersatur t conuiuit qui dei gratiam habet. Mundi enim amatores qui ea carent dicunt. Exiguum est t cum tedio est tempus vite nostre. Unde ad hoc vitandum subdunt. Uenite fruamur bonis scilicet temporalibus. Sapien. ij. ca. Tedium tribulationis et ãgustie est tristicia ex qua quis ãgustiatur ex magnitudine vel multiplicitate aduersitatis sue vel aliorum: vnde ad operandum difficultatur. Et siquidem sit tristicia t anxietas solum secundus primum motum seu sensualitatem humana tem ptatio est t veniale vel nullum peccatum. Et perfecti viri hoc tedium aliquando patiũtur. Unde Apostolus secũdo Cor. pmo. Supra modu; grauati sumus scilicet ex tribulationibus ita vt nos tederet viuere. Et Ecclesiastes secũdo. Teduit me vite mee videntem mala vniuersa esse sub sole et cuncta vanitatem t afflictionem spiritus. Et eusdem. iiij. Uidi calumnias que sub sole geruntur: t lachrymas innocentum t neminem consolatorem t non posse resistere eorum violentie. Sed si sit tanta tristicia ex aduersitate vel morte alicuius amici vel consanguinei q absorbeatur ratio ita q dimittat bonum necessarium fieri vt confiteri: audire missam diebus festiuis proponens nõ amplius bene facere: vel peniteat bene fecisse istõ est accidia mortalis: de qua ait apostolus secundo Corinthioz̃ septimo. Tristicia huius seculi mortem operatur scilicet anime. Et dicitur tristicia seculi amaritudo t dolor quam quis sibi sumit ex tribulationibus mundi: hac tristicia timuit Jacob patriarcha detineri quando ex opinione sumpta de morte filij sui Joseph visa veste eius sanguine tincta in consolabiliter dolebat nec filij eius valebant delinire dolorem eius quando dicebat. Descendam lugens filiũ meum i ifernu

Gene.xxxvij.quasi dicat tantam tristitiã sentio ꝺ hoc qꝺ timeo ne inducat me in mortem vel in lo cum ꝺãnatorum:hoc etiã ꝓhibetur.ſ. in ordiata tristitia de morte charoꝝ.xij.q.ij. Quã ꝓpostex

seu tozpozē circa ꝓcepta omissio celebratiōis festoz. Tertium. n. preceptū decalogi ē illō. Memēto vt diem sabbati sanctifices. Exo. xx. quod preceptum litteraliter itellectuz ſm Tho. se. se. q. cxxij. ar. iij. est ptim mozale z partim ceremoniale. Mozale q̄dem q̄tum ad hoc q homo deputz aliquod tēpus vite sue ad vacanduz diuinis. Inest. n. homini nālis iclinatio ad hoc q cuilibet rei necessarie deputetur aliquod tēpus sicut corpozali refectiōi: sōno: z aliis hui⁹. vñ ēt z ſpūali refectioni qua mēs homis in deo reficit ſm dic tamē nālis rōnis aliquod tēpus deputatū ad vacandum diuinis cadit sub precepto mozali: sed i q̄tum in hoc precepto determinat ſpāle tēpus i signum creationis mundi sic est preceptū cerimoniale. Similiter z cerimoniale est ſm allegoricaz significationem prout fuit figura future quietis

christi in die sabbati i sepulchro. Et similiter fm moralem significationem, put significat cessationem ab omni actu peccati: z quietez mētis i deo z scom hoc est quodāmodo generale preceptuz. Similiter etiam cerimoniale est scom significationem anagogicaz, put. s. figurat futuram quietez fruitionis in deo que erit i patria. Preceptum g de sanctificatione sabbati ponitur iter precepta decalogi i quātum est morale nō in quātum est cerimoniale. i. quātū ad determinationē illius diei. Cerimonialia autem cessant i noua lege: vnde qui obseruaret nūc diem sabbati: qz in lege mosayca mādatum: iudaizaret z moraliter peccaret. Et dicuntur tales obseruatores sabbati sequaces et ministri antichristi qui faciet custodiri sabbatuz ad cōplacēdum iudeis: vt dicitur de pse. di. iij. p uenit. Succedit autez obseruātie sabbati i noua lege obseruātia diei dñice non ex vi precepti legis diuine: sed ex pstitutione ecclesie z psuetudine populi christiani. Dicitur. n. d pse. di. iij. pnūciādū. Omnez diem dñicuz ob reuerentiā resurrectiōis iesu christi dñi nostri de vespera vsqz ad vesperā ne a iudaismo capiant. s. precipimus obseruari. Nec hui' obseruatio est figuralis sicut fuit obseruatio sabbati i veteri lege: z ideo nō ē ita arta p hibitio opandi i dñica die fm Tho. vt phibebā tur opera i die sabbati sicut decoctiones ciboruz z alia hui'. Et etiā i quibusdam operibus phibitis facilius ppter necessitatem dispensatur in noua q̄ in veteri lege: qz figura ptinet ad ptestatōez vitatis quā nec in modico preterire oz. opera autez fm se psiderata ūmutari possūt p loco z tēpore: hec Tho. Et de papa nō est dubium q̄ potest in illa die z alijs festis dispensare: cum sint de iure positiuo vt dictum est. De episcopo etiam creditur a multis q̄ possit cū subest rōnabilis causa que in omni dispensatione iteruenire debet. Sūt autem vltra diem dñicaz multa alia festa instituta ab ecclesia ex precepto custodiēda: z in. c. pnū ciandum. de pse. di. iij. ponūtur vltra dñicaz ista festa. s. festum Penthecostes cum duobus diebꝰ sequentibus. Natiuitas dñi nostri iesu christi cuz tribus sequentibus. s. festo. b. Stephani Sancti Joānis euangeliste: z Innocentuz Circūcisio dñi Epiphania: z Ascensio christi. Purificatio virginis Marie. Assumptio eius: z Natiuitas ipsius. Natiuitas Joānis baptiste. Festa duodecim apostoloz. Festum omniū scoz. Festum sancti Michaelis de mēse septēbris. Festuz sancti Siluestri sancti Martini sancti Laurentij: z i singulis episcopatibus ille festiuitates quas epi cum clero et populo duxerint solēniter celebrandas: z dic ib. glo. hoc veruz esse de festis sactoz qui sunt canonizati: lz. n. priuata oratio posset dirigi ad quem libet quē quis extimat esse cuz christo: tamē oratio solēnis que. s. fit in missa vel diuino officio fieri nō debet nisi ad canonizatos. Uidetur etiā ex illo textu. c. pnūciandum: q̄ eps solus nō possit indicere festa celebranda nisi populus acceptet. Item festuz crucis quod est de mense madij. s. Inuentionis: est preceptum de pse. di. iij. Crucis. Festum corporis christi p Clementinaz extra de re. z vene. san. si dñm. De quibusdam tamē festis est dubium vtz debeāt celebrari. s. p cessationez ab operibus: z de festis quattuor doctoz Ambrosij Augustini. Hieronymi: z Gregorij mandant celebrari solemniter sub officio duplici extra de re. z ven. san. Gloriosus. li. vj. Et lz Jo. an. videatur tenere q̄ etiaz sūt celebrāda p cessationez ab operibus: tamē psuetudo que est optima legum iter pres est in ptrariū: qz nullibi pene custodiunt: lz nec ista psuetudo ecclesie hoc sonat expresse per hoc q̄ mādet celebrari sub officio duplici: cū multa festa celebrent sub officio etiā toto duplici: et tamen nō sunt i precepto. Peritos viros z timoratos audiui hoc sentire. s. q̄ nō sunt in precepto z vidi declarationē quādam factam p Eugeniuz quartum ad req̄sitionez quoruūdaz super hoc seu dispensationem. s. q̄ nō intēdebat fideles obligari. Et idem videt dicēduz de Marco z Luca euāgelistis nisi q̄ istoz festa cōius z plenius celebrantur p cessationem ab opibus. Et hoc attendēduz q̄ vbi ista celebrant plene seruanda sunt. ar. di. ij in his. Illa etiā festa de quibus nulla fit mentio i corpore iur' vel extrauagantibus: si de cōi more omniū celebrant seruāda sunt sicut festuz. b. Nicolai: z forte Anthonij. Que autem solum sunt i vna ciuitate vel patria: in illa seruanda sūt. Sic n. psuetudo generalis facit legem generalez si est rationabilis z prescripta: ita psuetudo pticularis legem particularē illos ligās vbi seruatur. ar. di. xij. Illud: z. c. Illa. Festum visitationis. b. marie q̄ñ. s. visitauit Elisabeth: quod celebrat infra octauas apostoloz ab Urbano sexto fuit preceptum sed qz nūq̄ fuit preceptū vel custodituz nec forte publicatuz ideo nō obligat nūc: z si obligaret nō tamē illos qui nō erant sub obedientia illius sed Benedicti. Festum pceptionis. b. Marie quod a quibusdā celebrari tolerat ab ecclesia z hoc rōe sanctificationis i vtero facte nō est i precepto: nec etiam festum ūnis. Festum vero ānunciationis: z si nō ptineat inter alia festa precepta: de pse. di. iij. pnunciandum: qz adhuc forte nō erat institutum: tamē, pculdubio obseruandū: vt extra de feriis. c. Cōquestus. De faciendo festum trinitatis psuetudo seruāda est: extra eo. Quoniā: hodie tamē ex mandato Joānis. xxij. fit hoc festum p vniuersalem ecclesiam. Quedam alia festa que erāt in precepto sunt abrogata p ptrariam psuetudinem vt cōiter dicitur quo ad cessationez ab operibus: z isti sunt tres dies rogationum. Item septem dies passionis dominice, i. ebdomada

ſancta. ⁊ vij. Reſurrectionis. i. ebdomada paſce erant antiquitus in precepto: vt patet de cōſe. di. 3. ꝓnunciandum. ſed hodie nō ſeruātur niſi duo dies ſequentes dominicā reſurrectiōis ⁊ dies paſceue. ⁊ feria quinta in cena domini. De feſto etiā Innocentum. ⁊. b. ſilueſtri videt etiā ſtare ꝓſuetudini locorum ⁊ cōiter male cuſtodiunt. Feſtū etiā dedicatiōis eccleſie etiā eſt abrogatū. Itē cū dicit extra. c. Conqueſtus feſta apoſtolorū ſeruāda. intelligendū videtur de ꝓcipaliorib⁹: qñ vz fuerūt aſſupti ad gloriā: non de alijs: vt ē feſtū cathedre Petri. eiuſdem ad vincula. Jo. ante portā latinā cōuerſionis Pauli vel cōmemoratōis eius. Non eni dicit decretū oia feſta: ſed indefinite. Sed ⁊ ꝓ ſuetudo populi xp̄iani que eſt optima legū interpres: vt de cōſue. c. Cum dilectus ita ſeruat. Dubitatur etiā a quibuſdam vtrū qñ p̄cepta tranſſe runtur quo ad officium: cū. ſ. occurrunt in dñicis aduentus vl̄ quadrageſime ⁊ huiuſmodi: debeāt ēt trāſſerri quo ad ceſſationem ab operibus. Et dicendum ꝙ non: quia eccleſia ſtatuit illa determinata die qua occurrunt cuſtodiēda: ⁊ nil vnꝯ ordinauit de remiſſione: niſi de translatiōe officij: ⁊ ſic ſeruat cōſuetudo. Patet etiā hoc a ſimili. Nā ſi occurrat ieiuniū eccleſie vl̄ ex voto in vna eadē die qua aliud ieiuniuz eccleſie: puta vigilia Mathei vel Thōe apli cū ieiunio quattuor temporū vel etiā ſextam feriam hī quis ex voto hēat ieiunare: nullus dicit ꝙ debeat alia die etiaz ieiunare ieiunare in ſupplementū: ſed illa dies determinata ſatiſfacit vtriqz ⁊ voto ⁊ ieiunio eccleſie. Sic ī ꝓpoſito feſtū ſancti Bartholomei alicui celebratur. xxiij. Auguſti. Alicubi. xxv. In hoc ſeruandus eſt mos patrie: extra. e. cōqueſtus.

Feſta autē dicū. §. IIII.

tur ferie eo. ſ. ꝙ p̄ſtant vacatōez ab his q̄ in foro iudiciali agi. cōſueuerunt: vel dicunt ferie quaſi ſeſtiue. Feriaꝝ autē quedā ſunt repētine quedā tēporanee quedā ſolēnes. Temporanee ſunt q̄ dantur ꝓ fructibus colligendis: ⁊ ſunt duoꝝ menſiū ḡia meſſiū ⁊ vindemiaꝝ: ⁊ ſm diuerſas regiones citius aut tardius indicunt aut p̄conizant. ff. e. l. p̄ſides. ⁊ de offi. ꝓcō. l. ſi in aliquā. Et in his non pōt fieri ꝓceſſus iudicialis niſi de cōſenſu ptium extra eo. cōqueſtus in fi. Repētine ferie ſūt quas Impator indicit vel ꝓptee victoriā quā fecit: vel q̄ vxorē duxit: vel quia ei filius natus eſt ⁊ huī modi. Et dicunt repētine q̄ rapente ⁊ ſubito iducunt: ⁊ nullus p̄ter p̄ncipē idicere pōt. C. de ferijs l. nullo. Ferie vero ſolēnes ſūt feſta inſtituta ab eccleſia de quibus dictū eſt. Unde ſi ciuitas vel dñs indicit ſeu mādat aliquod feſtū ſub certa pena celebrari: penā quidē poſſet exigere a violatoribus ſed culpā nō incurrunt: q̄ nō ptinet ad eos feſta p̄cipere: ⁊ in p̄mis ⁊ ſecūdis ferijs. ſ. tēporaneis ⁊ repētinis pōt manualiter operari: nō aūt in ſolēnibus: vt infra declarabit. Debet aūt incipi feſtū quo ad ceſſationē ab operibus a veſpera. i. ſero vigilie: ⁊ terminat in veſpera feſti extra eo. Oēs Et idē de die dñica: de cōſe. di. iij. c. ꝓnūciandum Tamē iniciū feſtoꝝ ⁊ finis iuxta eoꝝ qualitatez ⁊ regionū cōſuetudines ſeruari debet: ⁊ ſicut magnitudo eoꝝ exigit p̄ius incipere ⁊ tardius finire extra eo. qñ. Et ubi ē de more generali aliquorū artificū vt barbitonſorū ⁊ huiuſmōi q̄ in ſabbato vel vigilijs magnoꝝ feſtoꝝ laborāt p̄ duas horas noctis q̄ tūc p̄ſone magis cōcurrūt q̄ alijs diebus pōt tolerari talis mos. quia etiā de ſero feſti qñ licerz laborare die trāſacta nō laborāt vſqz ad mediā noctē: ⁊ ſic videt admitti poſſe cōpēſatio cōſuetudine ſic agente. ⁊ dñs Eugenius quartus ſuper hoc req̄ſitus etiā cū talibus diſpēſauit vt p̄cepi a fide dignis.

De uiolatoribus. §. V.

feſtoꝝ dicit p̄s. lxxiij. loquēs de peccatoribus. Dixerunt in corde ſuo cognatio eoꝝ ſimul quieſcē faciamus oēs dies feſtos dei a terra: ſm litteram intelligit de caldeis qñ ceperūt Hieruſalē ſm Nico. de lira vel de romanis cū deſtruxerunt Hieruſalē querentibus tollere cultū veri dei ⁊ eius feſta vel etiā moraliter de malis xp̄ianis q̄ cū cognatō ne eoꝝ. i. cū alijs malis ad hoc operā dant vt violent feſta ⁊ ad nihilum deducant ſiue laborando ſiue vicijs in eis ſe implicando. Ubi notanduz ꝙ feſtū violat ⁊ male celebrat ex triplici negligentia ſeu defectu.

Primo q̄ nō cauet a defectibus criminalibus.
Secūdo q̄ nō inhereat actibus ſpūalibus.
Tertio quia non abſtinetur ab operibus manualibus.

Quātū ad primū. §. VI.

oz quis abſtinere a peccatis pmaxie diebus feſtiuis: quia plus habēt impedire mentē ſi mortalia ſūt a vacādo deo q̄ opera māualia: vñ dī Leuit. xxiij. de ſabbato cui ſuccedūt feſta eccleſie. Oīne opus ſeruile nō facietis in eo: ſed opus ſeruile eſt peccatū: dicit. n. xp̄s Joan. viij. Dis qui facit peccatū ſeruus eſt peccati. Et io dicit. b. Tho. ſe. ſe. q. cxxij. arti. iij. ꝙ magis facit cōtra p̄ceptū de ſanctificatione ſabbāti ſeu feſti q̄ facit peccatū die feſto q̄ q̄ facit aliquod opus corpale de ſe licituz ⁊ Augu. dicit in li. de decē cordis q̄ melius faceret iudeus in agro ſuo aliquod vtile agere q̄ ſedicioſus in theatro in feſto exiſtere ⁊ melius femine eorū die ſabbati lanā facerent q̄ tota die in neomenijs ſuis ipudice ſaltarēt. Non aūt q̄ peccat veniali ter i ſabbato. i. in feſto facit cōtra hoc p̄ceptū q̄ venialia non excludūt ſanctitatem: hec Tho. Peccatū ergo mortale cōmiſſuz die feſto multo

p feſtū violat male celebrat ex triplici negligentia.

p in feſto dz ja abſtinē a peccatis.

p feſtū diuinum ſepe. et ſepe ſūt in nr̄a diſſinit.

grauius ē ꝙ alia die idez ꝑpetratū rōne festi: naz vltra ꝑuaz deformitatē: puta furti vel fornicationis ⁊ huiusmōi hz spāle deformitatē ex illa circūstantia tpis sacri ex qua festū violat. Uñ talis vt dicit Nico. de lira sup Exo. cxx. nō solū agit contra vnū ꝓceptū .s. non mechaberis aut illud. Nō furtū facies: sed etiā cōtra illud de sanctificatione sabbati. Sed heu miseranda cecitas xp̄ianoz: qz plura peccata faciūt ⁊ grauiora in diebus festiuis ꝙ ꝑ totā ebdomadā. Nā cū alijs dieb' oporteat eos diuersis exercitijs laborare vt possint viuere diebus festiuis: quādo deberēt laborare ꝑ anima ⁊ deo vacare implicāt se in multis vitijs. Alij discurrūt ꝑcanoo ꝑ vias ⁊ ecclesias qō pessimum ē alij saltando ⁊ tripudiādo: alij ludēdo vacant ⁊ exinde deū ⁊ sanctos blasfemādo: alij venando ⁊ aucupādo: alij sedēt murmurādo ⁊ detrahendo alij luxuriādo alij tabernas frequentāt ⁊ cōuiuia hinc ⁊ Augu. ad Aurelīū. Cōmessationes ⁊ ebrietates ita concesse ⁊ licite putantur vt in honore beatissimoz martyrū nō solū per dies solemnes quod vnusquisq; nō lugendū videat qui hoc nō carneis oculis aspicit sed etiaz quotidie celebrant di. xliij. Et ꝓpterea qz multa ⁊ īmunera mala fiunt in festis: dicit deus ꝑ Isa. ꝑmo. Solēnitates vestras odiuit anima mea: facta sunt mihi molesta. ⁊ Amos. v. ait dñs. Odi ⁊ ꝓiecī festiuitates vestras: qz. s. eas vobis facitis ñ mihi: ⁊ Malach. ij. ait ipe. Disperdā super vultū vestrū stercus solēnitatū vestraz in peccata q facitis in festis manifestabunt cotā oībus ad cōfusionē vestrā. Isti ḡ cessare faciunt quātū in eis est. i. deficere ⁊ annulare dies festos dei a terra.

Quātū ad secūdū. §. VII

sciendū fm Tho. vbi supra ꝙ finis huius ꝓcepti s. de obseruatione festi ē vt homo vacet rebus diuinis qō signat in hoc qō dicitur memēto vt diē sabbati sanctifices. Illa. n. sanctificari in lege dicūtur q diuino cultui mācipant: vnde ⁊ de cōse. dis. i. Ieunia dicit. Die dominica nihil aliud agēdū nisi deo vacandū: nulla operatio i illa sancta die agat nisi tm hymnis psalmis ⁊ cāticis spūalib' diues illa trāsigat: ⁊ intelligit de operatione ꝓhibita vt patebit infra. Et quod dicit de dñica idē dicendū ō alijs festis ꝓceptis: qz vbi eadē rō ibi idē ius Est aūt dies dñica multū ꝑuilegiata ꝓpter multa magnifica in ea die gesta. Nā in eo mundus sūpsit exordiū ⁊ ꝑ resurrectionē xp̄i mors interitū ⁊ vita sūpsit inicium. Et dicit leo papa dis. lxxv. quod die dñico Jp̄a etiā die dicit natus in mundo xp̄s iesus ⁊ in ea misit aplis spm sanctuz ⁊ credit ad iudiciū finale venturū. Debz ergo die festo insisti operibus spūalibus oīonis meditationis auditionis diuinoz lectionis ⁊ elemosynis ⁊ huiusmōi: vnde ⁊ cū factus esset Jesus annoz. xij. ascēdenti bus parētibus eius hierosolymā fm cōsuetudinē dicī festi ⁊ xp̄s cū eis ascendit. Luc. ij. Et ad quid virgo gloriosa cū Joseph ⁊ puero iuisset nisi ad adorandū deū ⁊ vacādū diuinis vt lex iubebat. Et inter cetera debēt homes vacare cōpūctioni ⁊ cōtritioni peccatoz suoz recogitātes que egerūt alijs diebus i quibus fuerūt occupati. Dicitur. n. Leuit. xvi. Sabbatū requietōnis est affligetis animas vestras. s. per cōtritionē fm Origenē. Itē auditioni misse ⁊ diuinoz officioz ⁊ ꝑdicationum de quo dicet post sequēs. c. Itē admonitōi ⁊ correctioni ꝓmoz ⁊ ꝑcipue familie sue: exemplū in Job de quo scribit in ꝑmo. c. Cunqz in orbem transissent dies mittebat Job ⁊ sanctificabat eos i. in capite ebdomade quod ē dñica. Dicit autem sanctificare filios: qz. s. illa die admonebat eos ⁊ corrigebat de defectibus si quos ifra ebdomadaz fecissent: vt exponit Tho. sup Job vl' etiā qz offerebat oīones ⁊ sacrificia ꝑ eis. Itē insisti oz magl elemosynis in cuius figurā legit in Leuit. ꝙ duo agni offerebant die sabbati alijs diebus vnus tm̄ s. in holocaustū. Thobias ēt ꝓparato prādio in die festo misit filiū ad vocandū pauperē ad comedendū cū eis prius tamē sepeliuit mortuū quem audiuit in platea iacere: vt habet Thob. ij. Sed quis ē hic q ita celebret festa vacādo diuinis ⁊ laudabimus eū cū inuenerimus. Nōne tota occupatio hominū i festis est circa corpus. Mulieres vacāt ⁊ nō parū tpis exponunt in se ornādo ad capiendas alias: famuli ⁊ famule ad ꝓparādū cibos accuratius solito: mercatores ad faciendum suos cōputos ⁊ rōcinia ⁊ scribendū libros ⁊ litteras i feriatis conditionis homines ad audiendū de platinis vel spectacula vana: nulla cura filioz ⁊ familie sz oēs liberi dimittunt ad faciendū mala ⁊ qō cū multo labore p ebdomadā lucrati sunt: in festis in tabernis ⁊ ludis non in elemosynis expēdunt. O abusio puersa hominū ⁊ iactura tpis irrecupabil' ⁊ negociū gratissimū demonijs. Apte de his dixit Jere. Treñ. i. c. Uiderūt eā hostes. i. demones inimici pessimi aie seu ecclesie ⁊ derisерunt sabbata sua. i. festa: qz. s. non deo sed sibi vacant ventri vel demonj. Sed queri pōt vtruz qs abstinēdo se a criminalibus ⁊ operibus manualibus per hoc solū ꝙ nō vacat diuinis nisi audiēdo missaz vel non audiēdo qz nō pōt sz p totum festū solaciat ⁊ rōcinatur de ociosis peccet mortaliter. Et videt ꝙ sic qz maxime cadit sub ꝓcepto quod est de intentione legislatoris: sed ad hoc intentio latoris huius ꝓcepti de sanctificatione sabbati est vt vacet deo. Talis aūt nō vacat deo: qz si audit missaz illud valde modicū est respectu totius diei: ⁊ modicū ꝑ nihilo reputat: de cōse. di. ij. Reuera ergo tē. Quod si verū esset durus esset hic sermo ⁊ multi ꝓter suuz credere: imo ⁊ cōmune credē dānarent. Posset ḡ ad argumētuz

responderi per quandam distinctionem quaz ponit. b. Tho. ꝑma scõe. q. lxxxix. arti. ix. dicit. n. i responsione ad ar. scõm. Intentio legislatoris circa aliquod preceptum est de duobus: vno quidẽ ad quod inducere intendit per precepta legis: ad hoc est virtus. Aliud est de quo intẽdit preceptũ ferre: z hoc est quod inducit vel disponit ad virtutez. s. actus virtutis. Non. n. idẽ est finis ꝓcepti z id de quo ꝓceptum datur: sicut nec in alijs rebus ẽ idem finis, z id quod est ad finez: hec Tho. Et hoc videtur posse dici ꝙ quãuis intendat legislator finem precepti: vt quid perfectius: non tamen intendit id ponere sub precepto qz multitudo cui datur lex non est subito capax perfectionis sed paulatim. Sed intendit ponere sub precepto id quod disponit ad illud quod facilius ẽ ad obseruandum: z sic abstinere ab operibus seruilibus est in precepto non vacare deo pro maiori pte diei tamẽ peccatum est.

Quãtũ ad tertiũ. §. VIII.

notandum ſm Tho. se. se. q. cxxij: arti. iij. ꝙ in ꝓcepto de sanctificatione sabbati precipit cessatio operũ que significatur cuz dicitur. Septimo die non facies opus omne: z intelligitur de opere seruili ex eo quod habetur Leuit. xxiij. Dicitur aũt opus seruile non solum opus peccati vt dictuz ẽ supra: sed etiam opus corporale quo vnus alteri seruit ſm corpus. Sz si dicatur opus seruile opꝰ quod fit ad seruicium dei: sic tale opus nõ prohibetur die sabbati seu festi: quia hoc est contrariũ fini obseruationis sabbati: homo. n. ꝓpterea ab alijs operibus abstinet i die sabbati vt vacet operibus ad seruicium dei pertinentibus: z inde est quod vt dicitur Joan. vij. Circũcisionem accipit homo in Sabbato vt non soluatur lex Moysi z Math. xij. dicitur. Sacerdotes in templo sabbatum violant. i. corporaliter in sabbato operãtur s. faciendo sacrificiorum opera z sine crimine sũt Sic etiam sacerdotes circũferentes archam dñi circa Jericho. vij. diebus vnde z die sabbati vt habeẽ Josue. vi. non transgrediebantur precepti de sanctificatione sabbati. Similiter nullum spũ alis actus exercitium est cõtra obseruantiam sabbati: puta si quis doceret verbo vel scripto: vnde z Numeri. xxvij. dicit glo. ꝙ fabri z huiusmodi artifices ociant die sabbati. Lector aute diuine legis z doctor ab opere suo non desinit: nec tamen cõtaminant sabbatum. Item opera corporalia ad cultum spãlem dei non pertinentia in tñ seruilia dicuntur in quantum proprie pertinent ad seruientes: in quantum vero sunt cõia seruis z liberis seruilia non dicuntur: vnde quilibet tã seruus ꝙ liber tenetur in necessarijs prouidere non tantum sibi sed etiam proximo in his precipue q̃ pertinent ad salutem corporis: ſm illud prouer. xxiiij. Erue eos qui ducuntur ad mortem Secundario in damno rerum vitando ſm illud. Deut. xxij. Non videbis oues z bouem fratris tui errãtem z preteribis: sed reduces fratri tuo. Et ideo opus corporale pertinens ad seruandum salutez corporis proprij non violat sabbatum. Non enĩ contra obseruantiam sabbati est ꝙ aliquis comedat vel medicinam faciat z huiusmodi: quibus salus corporis cõseruatur: z propter hoc machabei non violauerunt sabbati pugnantes ipa die pro sui defensione: vt habetur. i. Mach. ij. Nec helias fugiẽs a facie Jesabel in die sabbati. Propter hoc etiam dominus excusauit discipulos suos qui colligebant spicas z fricabant manibus i die sabbati ꝓpter necessitatem quam patiebant Similiter opus corporale quod ordinatur ad salutem corporalem alterius non violat sabbatum vnde Joan. vij. dixit xps. Mihi indignamini qz totũ hominem sanum fecit in sabbato. Similiꝫ z opus corporale quod ordinatur ad imminens periculum seu damnum rei exterioris vitandum non violat sabbatum. Unde dominus dicit Mathe. xij. Quis ex vobis qui habeat vnã ouem z si ceciderit in foueaz die sabbati nonne tenebit z leuabit eã: hec omnia Tho. Oportet ergo ab operibus manualibus exceptis predictis abstinere alias violatur festum z peccatur mortaliter. Unde dixerunt iudei. Nõ est hic homo a deo quia sabbatum non custodit. Joan. ix. Quanuis de xpo falsum dicerent: tum quia sanando hominez nõ violabat sabbatum sicut nec faciendo medicinaz tum quia dominus erat z legislator: z poterat legem soluere: Et ad ostendendam grauitatem peccati huius quendam iudeum Salphat nomine qui reptus fuit in deserto ligna colligere in sabbato de mandato domini Moises fecit lapidare. Prohibentur ergo vt opera seruilia in festis placita z sententie seu processus iudiciales: z ad penam condẽnatio mortis precipue: extra eo. Dẽs z. xv. q. iij. per totum. Item ab artificijs varijs artium mechanicaz: z cultura terre satione messione z vindemijs nisi in necessitate: quia. s. alio tempore fieri non posset. Itẽ in negociando emẽdo vel vendẽdo nisi pro sua necessitate victualia Dicit tamen Pe. de pal. in quarto ꝙ cum nundine fiunt in aliquo loco diebus festis si non phibẽtur a prelatis ex quo papa scit z tolerat talez consuetudinem illi qui emunt vel vendunt in talib' nundinis videntur posse a mortali excusari si tñ non dimittant diuina saltem auditionem misse. Secus vbi dimittant hoc vel vbi prohibentur a prelatis. Itez pertinet ad opus seruile prohibitũ scribere pro precio vt de quaterno in quaternuz vel instrumenta cum tamen possit sine periculo differri. Conficere aũt testamenta infirmoz vel cõtractus matrimonij vbi est de morte vi posse

fieri. Uidere autem rōcinia ⁊ facere cōputum ꝑ licitū illicitū est. Item ad opus serule spectat cū equis asinis vel bobus deferre blada vel vina vl lingna vel mercimonia nisi necessitas vrgeat. Itē abstinenduz est ab itinere dietario nisi necessitas cogat vel aliud piuz opus inducat vt visitatio alicuius ecclesie vel cōsecutio indulgentie vel reformatio pacis seu amotio scādali ⁊ huiusmōi. Itē a bellis abstinendum est nisi necessitas vrgeat ⁊ iusta cā subsit: vt. xxiij. q. viij. Si nulla. Sz notādum ꝙ quedā sunt opera seruilia in quibus se exercēdo diebus festis ꝑm Guil. nō violat festū nec per cōsequēs peccat mortaliter: ⁊ ꝓmo ꝑ conseruando psonas vel res suas: puta faciendo foueas vel machinas ⁊ huiusmōi: vel portando res suas ad loca secura iminente bello vel portando necessaria ad defensionē ⁊ huiusmōi. Itē si iacentibus segetibus in agro: vel fenis in pratis: vel vuis i vineis: imineat tēpestas: vel aliud periculū amissionis illarum rez liceret talia recolligere ⁊ cōtutare. Idez de alia re q̄ destruit si in die festo circa eā manualiter non operat: vt extensio lane ad radios solis cū hyeme apparent: vel ꝓsecutio succensionis fornacis i lateribus calce vel vitreis ⁊ huiꝰ modi. Itē si carnifices ⁊ pincerne ꝓparantes victualia in festis vt in sequēti die vendant: si nō poterāt prius preparari vel preparata cōseruari vident excusari a mortali. Itē vectores merciū aut alimentoz aut personarū ad loca remota cū alias nō possent sine graui incōmodo vitā transigē credunt excusari si differre non possunt. Itez qui cōpellunt a oīs iusto metu ad laborandum in diebus festiuis in agris suis vel deferenduz ligna vel lapides vel faciēdū edificia vel foueas ⁊ huiꝰ mōi: que si nō facerent notabiliter dāmificarent in persona vel rebus vident posse excusari ꝓpter necessitatē. Melius tñ facerent nō obedire quando opus illud nō ē necessariū. Et q̄ modicus recessus a medio nō tollit bonū virtutis ꝑm phm i ethic. iō ꝙ aliquis vel aliqua in orto aliquid faciat paruū: vt obturādo sepem vel euellēdo malas herbas: vel suēdo aliqua puncta vestis dissute vl calige ⁊ huiusmōi: nō iudicatur violator festi ꝑm Guil. Barbitonsores nō in radendo sed i minuēdo sanguinē ⁊ ferratores equoz ⁊ huiusmōi si in festis exercent artē suā ꝓncipaliter ꝓpter necessitatem eoz quibus seruiunt non ꝓpter cupiditatez lucri excusant: ⁊ similiꝫ qui eos requirunt de arte sua si alias nō poterāt sibi cōmode ꝓuidere excusantur. Itē in molēdinis ad aquā vel ad ventum sine magna opera bois pōt seruari cōsuetudo patrie nō ꝓhibita a ꝓlatis. Secus de molēdinis cū iumētis: ⁊ hoc nisi necessitas vrgeret ꝓpter victu alia necessaria q̄ tunc liceret. Itē diebus festiuis nō tñ oīcis vel solēnioribus licituz videt laborare ꝑ pauperibus cū his tamē cōditionibus adictis. Primo vt nō dimittant diuia. i. auditio missē. Secundo ꝙ fiat elemosynaliter non propter lucrum. Tertio ꝙ illi pro quibus laborat indigeant. Item ad edificationem ecclesiaz ⁊ opus monasteriorum non habentium sufficientes reddit⁹ licitum est laborare non tñ vsq; ad vltimum fatigationem: nec ꝙ dimittantur diuina: hec omnia in hoc. §. Guil. Item a fortiori videtur licituz cui libet laborare pro sustentatione sui ⁊ familie sue quando aliter sustentari non valet: ita tamen ꝙ non dimittantur diuina. Nec. n. obseruatio festi est in tanta artitudine vt in veteri testamento vt dictuz est supra. Et erit bona cautela vt hoc fiat cum dispensatione ep̄i.

Capitulum octauum de negligentia sumptionis sacramentoz ⁊ precipue confessionis.

Egligentia sumptionis sacroz multū ē reprehēsibilis ⁊ frequēt dānabilis. Un apls ad Heb. ij. Quō nos effugiemus. s. dānationez si tantā neglexerimus salutē Hec nobis facta est ꝙ passionem xp̄i cuius virtus remansit in sacramentis que sunt quedā medicine spūales ꝑm Tho. in quarto saluantes nos ab infirmitatibus peccatoz. Et licet ad sacramenta duo que dicuntur voluntatis. s. ordinis ⁊ matrimony nullus cogatur sed liber quilibet sit ad ea suscipienda: tamen alia quinq; que dicuntur sacramenta necessitatis quilibet debet suscipere ꝑ loco ⁊ tempore. Et sine baptismo quidem actu suscepto vt in paruulis vel saltez in proposito vt in adultis nullus potest in nouo testamento saluari. Joan. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spiritu sancto nō pōt introire in regnum celoz Adultus autem qui negligit baptismum suscipere vel qui fictus accedit ad baptismū peccat mortaliter. Et paruuli qui sine eo moriunt ad limbū descendunt: ⁊ parentes eorum fideles qui sunt in causa huiusmōi defectus peccant mortaliter. Cōfirmationem ⁊ extremam vnctionem adulti qui tempore debito nō susciperent cū tamē posset ex negligentia nō curantes de eis ⁊ multo magis cōtēpnentes peccarēt mortaliter: ⁊ similiter in mortali illa suscipientes Paruulis aūt nō cōgruit extrema vnctio. Confirmatio autē ⁊ si multuz prosit non tamen omissio eius est in preiudicium salutis illis. Penitentia lapso in mortale post baptismū necessaria est actu si pōt. i. vocali cōfessione alias ꝓpositum eius sufficit si cōtritus est: ⁊ quātuz est de iure diuino sufficeret quādocūq; ante mortē. Luc. xiij. Nisi penitētiaz egeritis: omnes simul peribitis ait xp̄us. Similiter ⁊ sumptio eucharistie actu vel proposito habenti vsum rōnis

p̄ Circa q̄ fessionē ē tri negligentia.

Capitulum Octauum.

necessaria est de iure diuino ante mortem Joan. vi. Nisi manducaueritis carnē filij hominis ⁊ bi beritis eius sanguinē nō habebitis vitaz in vobis Sed hoc nō sufficeret quātū est de iure positiuo naz quilibet tenet ⁊ obligat obedire preceptis ec clesie: ecclesia aūt nūc obligat sub p̄cepto qō trās grediens peccat mortaliter: vt semel in anno qui libet ad annos discretionis veniēs debeat cōfiteri ⁊ eucharistiam sumere.

De omittentibus .§.I.

ergo huiusmōi p̄cepta ecclesie q̄ oēs obligant pōt exponi illud p̄s. cxxiij. Declinantes in obligōes adducet dōs cū operantibus iniquitatē pax sup israel. Operantes iniquitatē sūt peccatores ⁊ hos demū ducit dōs ad penas eternas: ⁊ inde sequit pax super israel. i. electis remotis .s. illis malis q̄ tribulant eos factis ⁊ exemplis. Obligatōnes aūt sunt p̄cepta nō solū dei sed etiā ecclesie ad q̄ ser uanda quis se obligat in baptismo. Declināt aūt in eas q̄ ex negligentia deficiunt ab eis vel in eis: ⁊ isti etiā ducunt ad gehennā. Circa istā igit obli gationē ecclesie. s. de confessione annualiter fiēda tripliciter q̄s declinat ⁊ deficit.

Primo ipam pretermittēdo.

Secūdo ipsam indebite peragendo

Tertio pniam iniunctā nō implēdo.

Quātūz.ad primū.§.II.

Numeri.v. dicit. Uir siue mulier q̄ per negligēti am trāsgressi fuerint mandatū dñi dei sui atq; ō liquerint cōfitebuntur peccatū suū. Et licet tunc ista cōfessio fieret p̄ sacrificioz oblationē ex qua in genere manifestabat peccatū offerentis: tamē mō oportet q̄ sit vocalis: alias talis omissio ⁊ ne gligentia perniciosa est: vnde dicit Salomon pro uer. xxviij. Qui abscōdit scelera sua. s. non confi tendo nō dirigēt. s. in viā salutis. Qui aūt confes sus fuerit ⁊ reliquerit ea inueniet gr̄iam. Et Am bro. in li. de paradiso. Non potest a peccato q̄s iustificari nisi peccatū ante fuerit confessus: de pe ni. dis. i. Et Chrisо. in sermone. Peius ē nolle cō fiteri q̄ legē cōtēpnere. Necessariū est ergo ad sa lutē semel i anno cōfiteri quia ecclesia ad hoc ob ligat omnes fideles p̄ceptorie: vt patet extra de peni. di. ⁊ re. vbi dicitur. Omnis vtriusq; sexus fidelis postq̄ ad annos discretionis peruenerit se mel in anno oīa peccata sua fideliter confiteat p̄ prio sacerdoti ⁊ iniunctam sibi pniam p̄ viribus studeat adimplere suscipiens ad minus in pasca eucharistie sacramentū reuerenter nisi forte de p̄ prij sacerdotis cōsilio ob aliquā cām rōnabilem ad tēpus ab eius perceptione duxerit abstinēduz Alioq̄n ⁊ viuēs ab ingressu ecclesie arceat: ⁊ mo riens xp̄iana careat sepultura. Et subdit q̄ hoc statutum debet in ecclesia frequenē publicari ne q̄s ignorantie cecitate excusationis velamen assu mat. Ubi primo videndum est q̄s dicatur annus discretionis in quo q̄s tenet cōfiteri. Glo. aūt sup dicto. c. Omnis dicit annum discretionis ee cum est doli capax Idē Ricar. in quarto. Et quidam alius in quarto: idem sentit dicēs q̄ doli capax ē quādo hz vsum rōnis ⁊ cognoscit p̄catū: cuius signū est quādo dat interrogāti ordinatas respō siones. Hosti. aūt in sūma de pe. dicit q̄ tenētur pueri ad cōfitendū cū sunt doli capaces ⁊ nō alit Et dicit doli capax quādo ē p̄timus pubertati fm quosdā quā opinionem sequit Pe. de Anch. sup cle. ⁊ subdit Pe. q̄ p̄timus pubertati dicitur cū magis appropinquat pubertati future q̄ p̄te rite infantie: quod contingit in masculo qñ habz x. annos ⁊ dimidiū ⁊ aliquātulū vltra: ⁊ in femi na quādo habet. ix. annos ⁊ dimidiū ⁊ vltra ali quantulū. Sed Hosti. addit q̄ potius hoc fm ex teriora bonus iudex estimabit. i. fm q̄ ex actibus ⁊ verbis pueri pōt magis vel minus deprehendi de vsu rōnis: ar. extra de p̄sump. Ex studijs. Qz autē aliqui dicunt q̄ annus discretionis q̄uis q̄ ad cōtrahendum matrimoniuz vel ingrediēduz religionē intelligat annus. xiij. in masculo ⁊ com pletus ⁊. xij. in femina vt dicūt omnes doctores ⁊ iura: tamen quantum ad cōfessionem vel cōionē intelligit annus imediate post septēniuz. s. viij. an nus. Sed istud non est simpliciter verz: nā leges adaptant fm ea q̄ vt in pluribus accidunt: sed vt in pluribus in. viij. anno puer nōdum hz vsum rōnis vt experientia docet. Certū ē autē q̄ añ vsū rōnis nullus peccare pōt nec legibus astringit: vn de nec talis p̄ consequens confiteri tenet. Quod autē dicit Grego. nonus: extra de delic. pue. Pu eris. grandiusculis peccatū nolūt attribuere q̄dā nisi ab annis. xiij. cū pubescere ceperint: qō meri to crederemus si nulla essent peccata nisi q̄ mem bris genitalibus cōmittūtur. Quis vero audeat affirmare furta puria mendacia nō esse peccata ⁊ his plena est puerilis etas: hec ille. Non firmat opinionem illoz put putāt ⁊ p̄ se inducūt. Nō enim dicit q̄n infra scdm septēniū q̄ ē p̄prie pueril etas possint habere vsū rōnis ⁊ p cōsequēs pecca re mortalit vt approquinquante pubertate .s. in anno. xij. vel. xiij. tūc. n. i aliq̄bus regionibus ⁊ p̄ dicta peccata ⁊ vicia carnis ppetrāt multi: ⁊ isti dicunt pueri grādiusculi fm dictā decre. Nec ēt p̄ eis valet exēplū qō inducūt de paruulo q̄nq; annoz quē Grego. i quarto dialogoz narrat ad gehēnā cōdēnatū p̄pter peccatū blasfemie: nā in illo acceleratus fuit vsus rōnis p̄ter cōmunē cur sū. Si. n. nō habuisset vsū rōnis nō fuisset sibi im putatū in peccatū blasfemie. Sicut nec aui q̄ dē pica que aliqua p̄fert sine intellectu. Una autem irūdo nō facit ver: vt dicit phs. Et que a iure cōi exorbitat ñ sūt trahēda i p̄ñaz: vt extra ō rē iurī.

li. vi. Si ergo ille ꝓter cōmunem cursū in quiquē nō habuit vsum rōnis vñ peccare potuit non se quit q̄ omnes alij habeant: sed nec in octēnio ꝛ cū pari ꝓcepto quilibet obliget ad cōionem sicut ad ꝓfessionē vt patet p ipsā decre. Dicit. b. Tho. in quarto sniaꝫ q̄ pueri circa vndecimū vel duo decimū annū si appereāt in eis signa deuotionis ita. s. q̄ sciant discernere panē materialē a sacmē tali possunt cōicare: quod dicit q̄ p̄sumit̄ iaꝫ habere vsum rōnis ꝛ nō antea. Temerariū g̃ videt afferere ꝛ publice p̄dicare q̄ ĩmediate post septē nium tenent pueri ad istud ꝓceptuꝫ seruandum alias peccant mortaliter ꝛ ipi ꝛ parentes eoꝝ q̄ nō faciunt eos cōfiteri. Sed bene laudabile est ꝛ pium predicare ꝛ exhortari parentes paruulos suos ꝛ septēnes ꝛ q̄nquēnes vt faciant cōfiteri vt sic assuefaciant se moribus xp̄ianoꝝ: etiam si nō dū habent vsum rōnis q̄uis non teneant. Sed ꝛ cōfessor cū puer cōfitet aliquod qō de se ē mortale nec pōt ꝓcipere si tūc habet vsū rōnis nō debꝫ precipitare sniam de mortali sed reprehēdere eū vel admonere q̄ caueat in futuꝫ ꝛ doleat: qz ducit illū ad gehennā. Siquis ergo nō cōfitet semel in anno habēs annos discretionis peccat mortaliter si ex negligentia hoc faciat: secus si ex impotē tia vt qz nō habuit copiam cōfessoris: vel qz ē excōicatus: nec p eū stat q̄n q̄rat ꝛ ꝓcuret absolutionez: vel quia differt aliquibus diebus de consilio sacerdotis. Nō aūt pōt sacerdos deobligare eum ab hoc precepto nec ep̄s sed solus papa quantuꝫ ad semel in anno. Et de eo qui non habet nisi venialia sm ꝓsciam suam: ꝛ ꝓbabiliter quānis quidam dicāt nō teneri: qz decre. intelligit̄ de eo qui habet necessaria cōfitenda vt mortalia. Tuti⁹ tn̄ est dicere ꝫ Tho. q̄ teneat vt obediat p̄cepto ecclesie: qz ꝛ si conscius sibi nō sit nō tamen securus Declinantes ergo. i. deficientes ab obligatione hm̄ōi adducet dñs ꝛc̄. Hiero. Promittit ꝓspera dñs si p̃niam egerimus. Quod si negligentia dissoluamur: ꝛ ip̄m penitebit sponsionis ꝓmissaq̄ mutabit: de peni. dis. i. si agamus.

Quantū ad secun. §. III

ꝓfessione dz q̄s facere confessorē idoneū.

dam partē declinat quis in hanc obligationē nō solū nō cōfitendo ſz male cōfitēdo: ꝛ ꝓmo quidē si cōfitet sacerdoti quē nouit esse hereticū vel scismaticū vel excōicatū: suspensū vel irregularē: vl̄ nō habere ptātem absoluēdi ab his a quibus absoluit vel quē scit notabilit̄ ē ignorantē ꝛ se habere cāus intricatos quos nec p se nec per illū potest sufficienter explicare: vnde Augu. in li. de penitentia ait. Qui vult cōfiteri vt inueniat q̄am sacerdotē querat qui sciat soluere ꝛ ligare ne si circa se negligens fuerit negligat ab illo qui salubrit̄ monet vt vitet cecū ne ambo in foueam cadāt de peni. di. vi. Secundo declinat qñ cōfitet quidem idoneo sacerdoti sed dimittit aduertēs aliquod peccatū quod scit vel credit vel dubitat ꝓbabilit̄ ē mortale ex verecundia: ꝛ tunc nō solū nō valet sibi cōfessio ꝛ iterare tenet: sed addit vnuꝫ aliud mortale de nouo ꝓpter irreuerentiam exhibitaꝫ sacramēto ex sua fictione ſm Tho. in quarto ꝛ alios Aug. Caueat peccator ne vēcūdia ducē di uidat cōfessionem: hoc. ē. n. ad hypocrisim tendere ꝛ semp venia carere: de peni. di. v. cōsideret Si aut̄ dicat oīa peccata sua q̄ menti occurrunt dicēda: sed nō ꝓponit ab aliquo mortali abstinere ꝛ tamē interrogatus a cōfessore dicit cōtra cōsciam loquēs se velle ab omnibus abstinere itez peccat mortaliter mēdatio vtēs. Sed si nō occurrit illa sua incōtritio mēti vt dicenda: qz nō cogitat super hoc vel non interrogat de hoc a confessore nō peccat confitēdo q̄uis sit sibi infructuosa illa cōfessio ꝓpter indispositionē suā nō tamē vi dei trāsgredi preceptū illud ecclesie. Et debet reci pi cōfessio quā incōtritus facit sed nō absolui: vt extra ō peni. ꝛ re. c. officij. Tertio qñ ipremeditatus accedit cū tamē multa habeat intricamenta ꝛ grauia dicere ꝓpter que multa omittit ex obliuione quia difficile est in subito mēti occurrere: q̄ omnia per totū annū gessit vel ea q̄ de se sūt mortalia quia ignorat illa esse mortalia. Et ista etiaꝫ est inutilis ꝛ infructuosa nisi deus in ip̄a mutet mentē eius ꝛ cōtritionē infundat. Seruare debꝫ ergo illud Ezech. penitentis qui ait. Recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine aīe mee i. singula opa male facta in toto tēpore vite mee. Ubi notandū exemplū notabile. Fuit quedā mulier nobilis magnaꝫ virtutū fame ꝛ cōsilij: q̄ cuz nō haberet vir sibi a seruis dei consultū erat q̄ remaneret in seculo potius q̄ ītraret monasteriū qz plura bona in seculo faciebat sed instigante diabolo q̄ felici eius statui inuidebat incidit in fornicationē: quod illa postea q̄citius ꝓpēdēs oīo decreuit intrare monasteriū ad agendū pniam de scelere: ꝛ vitandū picula iā expta. Quo facto dedit se maxie abstinētie: vigilijs: oīonibus: silentijs ꝛ lectionibus: nunq̄ tn̄ de fornicatione ꝓpetrata p̄ verecundia voluit cōfiteri. Mortua aūt abbatissa cōi cōcordia ista electa ē in abbatissaꝫ ꝓpter exēpla exteriora scitatis eius: que similit̄ i magna austeritate degebat ꝛ gubernabat monasterium Et post multa tpa infirmata grauit̄ rogauit eaꝫ q̄dā ex ip̄is monialibus sibi magis familiaris vt si cōtingeret eā decedere sibi post mortē apparēt ad intimādū statū suū: qō illa ꝓmisit: dño disp̄ sante mortua igit̄ cū moniales expectarent de die in diē illā miraculis illustrari quadā nocte apparuit illi cui ꝓmisit tota turpis ꝛ tristis. Et recognoscens eā cū interrogaret de statu eius rūdens ait. Dānata sum ꝓpetuo in ignem eternū. Quod illa stupens ait. Quis ergo poterit saluus fieri si

ꝓfessione oīa peccā fuit̄ confitenda. et nō ꝓ vēcūdia celanda.

Capitulum Nonum.

tu que vitam tam singularem tam irreprehensibilem: taz austerā in seculo z monasterio tenuisti saluata nō es. Cui illa. Non mireris: qz vna sola de causa dānata sum ex eo videlicet q in peccatū carnis in seculo lapsa p verecundia nunq uolui cōfiteri. Et sic declinātes tc.

Quantū ad tertiū. §. IIII

declinat quis in obligationez circa pnie sacramētū quādo nō facit penitentiā sibi iniūctā: vel non vt debet. Math. iij. Facite fructus dignos pnie. Cū ergo quis nō facit pniam sibi iniūctaz p mortalibus ex negligentia dimittens mortaliter peccat qz sub pcepto ad illud tenet. Secus si dimitteret ex impotētia: debet tñ facere tūc sibi cōmutare i aliud ab illo imponēte vel alio si ipius copiā habere nō pōt: z oportet iterare cōfessionē si ex negligentia dimisit vel etiā obliuione si alteri confiteret. Secundo declinat nec agit fructū dignū penitētie quādo facit pniam iniūctā sed nō alia ad q tenet: vt restituere cū posset substantiam alienaz vel res alienas. Nā si ꝓposuit res istas facere i cōfessione: z postea ꝓpositū ex auaritia vel negligētia dimittit vel omittit facere cū debet: tūc recidiuat z intrat statū damnationis. Tertio cū facit pniam iniunctam sed non in statu gratie recidiuans in aliquod mortale ante cōpletaz satisfactōnem iniunctam talis vtiqz debet nihilominus p ficere pniaz quia implendo saltez satisfacit precepto sacerdotis iniungentis sibi pniam. Sed illa pars quā perficit in mortali non valet sibi ad id ad quod est ordinata. s. ad diminuendū de pena tēporali hic vel in purgatorio sibi debita p peccatis: z si post lapsum imortale conteritur de peccato etiam ante confessionē pnia iniuncta ipam p sequendo valebit sibi in aspectu dei ad diminutionem pene. Sed vtrum teneatur talis iterare confessionē vel pniam iniunctā: qui. s. eā pfecit in mortali de necessitate salutis dico q nō. Sz hāc qōnem diffuse hēs in. iij. parte ti. de sacramentis in. c. de satisfactione. Et vtruz etiā quis teneatur ad statim confiteri perpetrato mortali peccato ibi habes in. c. de confessione. videlicet q non tenetur de necessitate fm Tho. Ricar. z Pe. q̄uis sit periculosum differre: z ideo persuadere oportet vt quācitius. De conditionibus confessionis z de fructibus eius z exhortationibus ad ipsam ibi habes.

Capitulum nonum de negligentia circa sacramentum eucharistie sumendum.

Egligentia non

modica exhibet circa sacramētū eucharistie sumēdū: cū etiā teneatur quilibet semel in anno cōicare in pasca vt dicit decre. Ois. de peni. z re. superius allegata. Et ꝑmū dubiuz quod circa hoc occurrit est istud. Utrū satisfaciat ꝑcepto ecclesie de cōmne semel in anno sumenda qui cōicat feria quinta in cena domini vel in pasceue: vel in sabbato sancto vel alia die infra annū. Ad quod dicendū q lz quidā dicāt hoc sufficere si quis tamē bene respicit textū decret. que dicit in pasca videtur q nō: nā pasca, dicit dies dñice resurrectionis Interp̄tatur. n. transitus qz xp̄s trāsuit illa die, ō morte ad vitā imortalē: ipa tamē dies cū duobus sequētibus quasi ꝑ vna reputat quo ad solēnitatē officij similem: vñ etiā ꝑ cōione ꝑ vna possūt cōputari: z cōgruentissime ecclesia statuit in die solēnissimo festi supra oēs alios: fideles sumē debere sacramētū oium maximū z reuerēdissimuz cuius quasi vigilia ad se ꝓparandū ad ipius sumptionē ē tota. xl. precedēs. Et An. de bu. eximius doctor vtriusq iuris dicit sup. c. Et si iudeos. extra de iudeis. Nota q in die resurrectionis est sumendū corpus xp̄i: hoc sermocinabant ad pplūz exim̄ū p̄dicatores dñs Jo. dñici. z sanctus Uincētius q claruit miraculis. Nec obstat huic ſnie illō c. de cōse. di. ij. In cena dñi a q̄busdā: vbi dicit in die cene eē cōicandū: qz vt dicit glo. ibi illa cōio ē religiosoz. s. in cena dñi: oēs. n. se cōicāt in missa maiori q etiā p hanc nō omittūt cōionē in die resurrectōis vel pōt dici ēt q illud. c. habuit locum quo ad oēs tpe antiquiori q̄n fideles nō solū i dominica resurrectionis: sz singulis diebꝫ dñicis cōicare solebāt: vt de cōse. di. ij. cōicandū. Et si dicatur q ꝑceptū de cōione nō refert ad diē determinatu: sed ad semel cōicanduz. Rñdet q ex q̄ dies determinata ponit: refert etiā ad ipm diē ex q̄ rō huiꝰ est in pmptu: vt supra dictū ē: vel saltē negari nō pōt q̄n saltē sit dubiū vtrū intentō legislatoris etiā determinaret ad diē p̄fixā: z tūc standū ē lie q̄ diē ponit: z cū in dubijs tutior via sit eligenda: extra de spō. c. iuuenis. z tutior via sit cōicare in die resurrectionis: quare nō potius illud tenēdū z p̄dicandū. Si q̄s tamē esset ita occupatus i die festo resurrectionis q nō posset huic vacare s. ad se ꝓparādū forte cū huiusmōi posset eps vel cōfessor licētiare: vt in aliquā diē p̄cedentē vel sequētē cōicaret. Sed q aliq vel alique hoc faciāt vt quasi liberius liceat eis vacare ornatibꝰ tripudijs ludis: pompis: vel lasciuijs: i festo resurrectōnis: hoc ē cōtra intētionē ecclesie q̄ vult fideles illa die p ceteris vacare deuotōni. Dies ēt p̄cedētes sunt magis inductiui ad deuotōnē ex ipis officijs que maxime requirit in accessu ad sacramentum

Titulus Nonus.

Quia tū multi p̄dicatores ⁊ magni p̄dicāt aliqñ cōtrariū illi q̄ ex doctrina eor̄ putantes sibi hoc licere: cōtrariū faciūt nō puto cōdēnādos vt̄ trās gressores p̄cepti nisi cēnt ptinaces: ⁊ cōstaret etiā de cōtrario. Et qui hoc p̄dicāt. s. alia die q̄ in pa sca cōicandū plus sapiūt q̄ oportet sapere. Et no tandū q̄ triplex negligentia cōmittit ⁊ valde gra ue peccatū circa istud sacramentū sumendū.

Primo omittēdo indebite eius sūptionē.

Secūdo accedēdo indigne ad cōionem.

Tertio exhibēdo se tepide post acceptionē.

Et de his pōt intelligi illa impcatio p̄s. ⁊ p̄ istos vbi ait. Fiat mensa eor̄. i. cōio eis parata ⁊ p̄ eis fiat. i. fiet cor̄ā ipis: in laqueū: in retributōes: ⁊ in scādalū. Obscurent oculi eor̄ ne videant: ⁊ dor sum eor̄ semp̄ incurua. Effunde sup eos irā tuā ⁊ furor ire tue cōphendat eos. Fiat habitatio eo rū deserta: qō pōt exponi de nō cōicantib⁹ ⁊ ma le cōicantibus vt in fine capituli exponet.

Quātū ad primū. §. III.

dicit Sapiēs O q̄ suauis ē spūs tuus i nobis oñe i. q̄ dulcis affectus tuus ad nos. Nā angelor̄ esca nutriuisti populū tuū oñe ⁊ panē de celo p̄stitisti eis. Sap̄. xvi. Et populo quidē hebreor̄ figuraz exhibendo scilz manna suaue. Sed populo xp̄i anor̄ figuratū. s. magnificū sacramētū. Sed sic ingratus ille populus dixit aia nostra nauseat su per cibo isto leuissimo alios appetēs cibos ⁊ vilis simos. Ita ⁊ populus christianus tāto ingratior quāto beneficiū cōcessū ē incorpali maius quasi reputās cibū sacramētalē vilē nō curās ò eor̄ alia appetēs vana ⁊ vilissima respectu spūaliū. Omit tunt autē indebite sumere quadrupliciter.

Aliqui ex obstinatione.

Aliqui ex falsa humiliatione.

Aliqui ex ignoratione.

Aliqui ex tepefactione.

Ex obstinatione dimittunt multi q̄ permanētes in odio vel detētione alienor̄ vel luxuria vl̄ alio mortali peccato: qz nolūt peccatū illud dimittere nolūt etiā cōicare ⁊ q̄ non velint cū huiusmodi peccatis cōicare minus male faciūt q̄ si cuz illis cōicarēt: sed nō ꝓpterea excusant a mortali omit tētes cōionē qz nec pplexi. sunt fm Tho. i quāto Nā p̄nt ⁊ debēt dimittere peccata illa ⁊ nō pma nere in sua obstinatōe: cū de die i die imo de punc to in punctū possint mori ⁊ ꝑpetuo dānari. Fit ergo eis mēsa cōionis in laqueū peccati: qō ꝓmit tūt omittēdo eā. Ex falsa humiliatōne dimittūt illi q̄ reputantes se peccatores ⁊ idignos tāto sac̄mēto nolūt cōicare. Et q̄dē si attendat magnitu do existētis i sacramēto solū nulla creatura inue niet digna eo. Nec apl̄i sci nec martyres. Sz nec h̄ oñs requrit a nobis. s. tātā dispositōnē ⁊ scitatē quantam meretur magestas eius: sed quanta est possibilitas fragilitatis nostre nec requirit q̄ effici amur impeccabiles sed q̄ doleamus de preteritis ⁊ proponamus firmiter in futuz abstinere occa siones p̄mas euitādo. Nā ⁊ Petrus cū alijs a postolis digne sumpserūt sacramētuz in die cene ⁊ tamē inde ad modicū Petrus christuz negauit ⁊ mortaliter peccauit ⁊ alij fidē perdiderūt. Falsa vtiq̄ humilitas ē que frangit precepta: debuit po tius quilibet Petruz imitari dicentez Luc. v. Exi a me oñe quia homo peccator sum: ⁊ tamen nō recedebat sed adherebat ei. Ex ignorantia dimit tunt qui nesciunt se ad hoc teneri: sed ignorantia ista non videtur excusare: cum sit comune prece ptum ecclesie quod ad omnes extēditur: ⁊ igno rātia facti non iuris excusat: de re. iur̄. libro sexto Et precipue in locis vbi predicātur ista aut de fa cili sciri possunt: Sed in locis siluestribus vbi sa cerdotes sunt ita ignorantes q̄ non solum ista nō nunciant sed forte retrahunt dicentes non sumen dam communionem nisi in morte vel a senibus: possent magis excusari. Ex tepiditate omittunt quibus videtur labor se preparare ⁊ ad confessio nem ⁊ communionē qui ita implicantur ter renis q̄ postponunt de facili spiritualia etiam eis necessaria. Fit ergo istis mensa in laqueum pecca ti mortalis propter suam negligentiam. Si quis autem omitteret ex aliqua impotentia vel causa rationabili: puta quia est in mari constitutus in pasca: vel ē clausus in claustro vel carcere vbi nō potest habere sacedotem: vel exiens domum tiet inimicos capitales: vel de licentia ꝓfessoris: ⁊ hu iusmodi iste non peccat habendo desideriū sumē di ⁊ proposītum quando poterit supplere defe ctum. Sed impedimento sublato tenetur cōmu nicare: alias tunc peccat mortaliter. Et in huius figuram legitur in veteri lege q̄ illi qui non pote rant comedere agnum pascalem designātes sacri ficiuz in festo proprio pasce: debebant in mense se quenti supplere defectuz: alias grauiter peccabāt Sed dubitari potest in qua etate teneātur pueri cōmunicare: naz post pubertatez dubiuz non est quin obligentur si sunt sane mētis. Et potest satis teneri q̄ fm q̄ pōt ꝓfessor ex ꝓfessōne eor̄ pcipe de vsu rōis eor̄ maiori vel minori: sic pōt et dēt eis ꝓsulere vl̄ artare ad cōionez. Sed ⁊ parētis q̄ uis ad ꝓfessionē debeant quodāmō cogē: sic ⁊ ma gistri scholar̄: nō ār sic ad cōmunionē: sz debent bñ eos hortari: si vidēt eos habē bonā discretōez vl̄ dimittē i iudicio ꝓfessor̄ suor̄. Retrahēdo ār eos solū ex h̄ qz sūt pui: ⁊ qz ñ ē ò more p̄ie pue ros q̄tūcūq̄ hēant vsū rōis q̄ p̄cēt grauiē peccāt

Quantū ad scōm. §. IIII

p̄ncipale scōa negligētia mixta sacrilegio ē cū q̄s accedit idigne ad cōionē: de q̄ apl̄s. i. Cor̄i. xi. ait Qui māducat ⁊ bibit idigne iudiciū sibi mandu

Capitulum Nonum.

cat ⁊ bibit non diiudicans corpus domini. i. non discernēs ab alijs cibis cōibus ad quos sumēdos accedit sine cōsideratione. Et glo. ibi. iudiciū sibi manducat ⁊ bibit. i. ac si xp̄m occiderit punietur Fit autē indigna accessio quadruplicit̄.

Primo q̄ cū mortalis peccati remorsione.
Secundo, q̄ sine mētis discussione.
Tertio q̄ sine criminalis cōfessione.
Quarto q̄ sine ritus obseruatione.

